

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LXV**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXXII PARS**

Ostpr. Fol., vol. 45, 54, 82, HBA, B, K. 1174, a. 1551-1552.

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 6

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectiva descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XXVIII, Romae, 1954-1985

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabethae I Angliae Regnante Conscripae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483, doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscripae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc., (A.D. 1603-1629), 8 tab., glossarium verb., ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars., Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214, doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars., Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., 1965.
- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., 1965.
- XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., 1966.
- XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., 1966.
- XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., 1967.
- XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., 1968.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LXV**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXXII PARS**

Ostpr. Fol., vol. 45, 54, 82, HBA, B, K. 1174, a. 1551-1552.

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 6

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKORŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

I N D E X R E R U M

Introductio	Pag.	VII
Abbreviationes	»	VIII
Textus	»	3
Elenchus epistularum	»	177
Index personarum et locorum	»	185

INTRODUCTIO

Ex 309 epistulis, quae in hoc LXV volumine seriei nostrae Elementa ad Fontium Editiones (XXXII vero «Regiomontanae») publici iuris factae sunt, 56 ad Sigismundum Augustum regem Poloniae datae sunt. Sed non multo minore epistularum numero (46) Gabrielem Tarło a duce Alberto dignatum esse facile perspicimus, nec id quidem mirari debemus, cum Tarło unus ex familiarissimis et intimis ducis procul dubio reputari possit.

Argumenta, de quibus in documentis hoc volumine editis saepius sermo occurrit, maximam partem eadem fere sunt cum illis, quae iam in volumine praecedenti abunde tractabantur, ex.gr. strenua ex parte principis feudatarii iurium, libertatum, privilegiorum suorum defensio coram domino feudi, rege Poloniae, quae dux Albertus saepe violari vel labefactari videt; quaestiones iuridicae; controversiae de finibus; timores ducis, veris vel fictis moliminibus magistri Ordinis Theutonicorum excitati etc. Saepius fortassis in hoc volumine tractantur quaestiones cum religione coniunctae, cuius rei vel testes sunt plures epistolae ad varios «verbi ministros» datae (Laurentium Discordiam, Nicolaum Gliczner, Martinum Glossam etc.), imprimis vero negotium Andreae Osiandri, quod in ultimis litteris ducis ad Andream a Górka scriptis (v. N. 3692) prolixius agitur. Deest negotium matrimoniale, cum dux 18.II.1550 Annam Mariam ducem Brunsvicensem uxorem duxerit.

Etiam personae, ad quas epistolae datae sunt, magna ex parte eadem sunt, quas iam ex volumine praecedenti cognovimus, excepto forsitan Ioanne Ocieski, Regni Poloniae prius vicecancellario, postea cancellario, ad quem annis 1549-50 una tantum epistula data (vel conservata) est, dum hic 19 habemus epistulas, quibus dux primum Regni magistratum in variis rebus et negotiis suis interpellabat.

C.L.

ABBREVIATIONES

Conc.	Conceptum
El.	Elementa ad Fontium Editiones
H B A	Herzogliches Briefarchiv
Heiml. Reg.	Heimliche Registranden
K.	Kasten
M.D.L.	Magnus Ducatus Lithuaniae
Ostpr. Fol.	Ostpreussische Folianten
R.P.	Regnum Poloniae

TEXTUS

1551

N. 3559.

E Regio Monte, 14.I.1551.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Ocieski, R.P. vicecancellario (in ms. Supremo Cancellario),
rogat, ut nuntio suo, doctori Francisco Thege, ad regem misso, plenam fidem
adhibeat et negotia ipsi commissa apud regem promoveat; negotium quo-
que ducis Bavariae [Ottonis Henrici], quod ex eiusdem ducis nuntio
cognoscet, ei commendat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1285.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 132-133.

N. 3560.

E Regio Monte, 14.I.1551.

Albertus dux in Prussia

*Spytconi Jordan de Zakliczyn, R.P. thesaurario nominato,
de ipsius ad munus Regni Poloniae thesaurarii evectione gratulatur et petit, ut
apud regem sollicitet, quo suum annuum stipendium hoc anno ad festa
Paschatis sine dilatione sibi numeretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 133-134.

N. 3561.

E Regio Monte, 14.I.1551.

Albertus dux in Prussia

*palatino Lancieniensi [Nicolao Jarand Brudzewski]
exponit causas, cur negotium ei cum Alberto Finck intercedens ante latam in
iudicio terrestri sententiam in iudicio aulae suae cognosci non possit
(cum scil. consuetudines forenses Prussiae statuunt, ut «ante latam a
iudicio inferiore sententiam nulla ad nos fieri possit provocatio»).*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, NN. 1275, 1282.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 134-135.

N. 3562.

E Regio Monte, 14.I.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górká, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, explicat causas, ob quas intercessioni eius pro palatino Lanciciensi [Nicolao Jarand Brudzewski], causam cum Alberto Finck habente, morem gerere non possit («quippe quod ante latam a iudice inferiore sententiam nulla ad superiorem fiat provocatio»).

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1273.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 135-136.

N. 3563.

S.l., 14.I.1551.

Officialis Alberti ducis in Prussia

Hieronymo Krugel, civi Cracoviensi,

remittit obligationis litteras (schuldbrief), dominica post Conceptionis Mariae a. 1526 Cracoviae datas, secundum quas dux Albertus se Michaeli Meydel, civi Cracoviensi, de summa quadam pecuniae sibi mutuo datae obligabat, et asserit tales litteras evidenter falsas esse, utpote subscriptione manus propriae ducis carentes; addit praeterea a. 1526 ducem Cracoviae non fuisse, nec unquam illuc post festum Conceptionis profectum esse.

(Sequuntur litterae obligationis (schuldbrief), Cracoviae 9.XII.1526 datae).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 108-108v.

N. 3564.

E Regio Monte, 14.I.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae Ruhl, pictori Cracoviensi,

duas tabulas, ab ipso depictas, se grate accepisse nuntiat et mercedem pro eis mittit; scribit condiciones, quibus eum in servitium suum suscipere paratus est.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 108v-109.

Ahn Andres Ruhelen, mhalern zu Krakaw, den 14 Januarii etc.

Ersamer, lieber, besonder.

Wir haben die 2 gemelde, so du uns durch den ernvhesten, achtbarn und hochgelerthen unsern cantzlern, rathe und lieben getreuen Hansen von Kreitzen etc. zugeschickt, bekhommen. Nhemen dieselben von dier zu gnaden ahn. Thun dich hinwiderumb mit X ungerischen gulden hiebey gnediglichen vorehren.

Hiebenen hat uns unser cantzler in seyner widerkunft berichtet, wie du dich gegen ime vornhemen und horen lassen, als werestu dich bey uns in dienst einzulassen nicht ungeneigt. Worauf wollen wir dir in gnaden nicht

pergen, das wir vorigem unserm hoffmaler die erbeit, so ehr uns verfertigt und gemacht, stuckweis ein jedes besonder zu zimblichen gebur bezalet; doneben jherlich XXX mr. hiegiger werung zur besoldung, ein gewonlich hoffcleidt, auch XII scheffel rocken geben lassen. Do du nun uff solchs dich bey uns in dienst einzulassen gesinnet, hastu dich darauf, weil wir itzo keynen mhaler haben, zu uns alher zu begeben. Wollen wir uns ferner mit dir der bestallung halben vogleichen. Solchs wolthen wir dir, darnach hast zu richten, in gnaden nicht pergen. Datum Konigspersgk, ut supra.

Ex commissione Cancellarii et Secretarii
Alb. H[ack].

N. 3565.

E Regio Monte, 15.I.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Ottonis Henrici Bavariae ducis nuntio, ad regem ablegato, Franciscum Thege se adiunxisse significat et rogat, ut ei rex plenam fidem adhibeat; negotia ducis Bavariae commendat.

Cfr. El. XXXI, N. 510.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 130-131.

Ad Regem Poloniae, XV Ianuarii.
Literae credentiae.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Petente a me Illustrissimo Principe, Domino Ottone Henrico Bavarie Duce, ut nuntio suo, quem cum mandatis et literis ad S. Regiam Maiestatem Vestram ablegasset, aliquem servitorum meorum, aulae regiae non ignarum^{a)}, adiungerem, denegare hoc officii propter necessitudinem veterem non potui. Itaque eximium ac praeclarum Franciscum Thege dicto Illustritatis Suae nuntio adiugendum censui, cui etiam mea quaedam negotia S. Regiae Maiestati Vestrae referenda commisi. Quem ut S. Regia Maiestas Vestra clementer audiat, plenam indubitatamque fidem adhibeat et negotia tum Ducis Bavariae, tum mea, quae et literis et sermone proponeret, commendata habere clementer velit, enixe suppliciterque oro, quemadmodum pro arcto necessitudinis vinculo, quod S. Regiae Maiestati Vestrae cum Domino Bavariae Duce intercedit, S. Regiam Maiestatem Vestram facturam prorsus confido. Ad mea quidem postulata, quae et aequitati et iustitiae consentanea sunt, S. Regiam Maiestatem Vestram clementer responsuram non dubito. In utroque sane vicissim demerendo S. Regia Maiestas Vestra promptissimum me habebit. His S. Regiam Vestram Maiestatem cum Serenissimab^{b)} consorte sua¹⁾ Deo Optimo Maximo diu salvam, incolumem, florentem et felicem conservandam committo. Ex Regio Monte.

C[onstantinus] S[ylvius].

a) in ms. ignorum

b) in ms. Serenissimae

1) Barbara Radziwill, 2. uxor regis.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

usumfructum locorum quorundam, legitima et diuturna possessione ad Ducatum Prussiae pertinentium, se ei concedere non posse affirmat, nisi violatae fidei a rege et Regni senatu insimulari velit, et de aliis quaestionibus cum limitibus controversis coniunctis refert.

(Schedula: praefectum Jurborgensem commendat).

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 136-140.

Reginae Poloniae Seniori, XV Ianuarii.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Ea, quae S. Reginalis Vestrae Maiestatis praefectus Jurborgensis¹⁾ ad me Maiestatis Vestrae nomine retulit, probe intellexi. Ac primo quidem, quod postulata S. Reginalis Vestrae Maiestatis de usufructu locorum quorundam subditis eiusdem concedendo attinet, nihil aequè optarem, quam officiosissime, quantum honeste fieri posset, S. Reginali Vestrae Maiestati gratificari. At cum hoc in casu duplex ratio obstet, cum quod illorum locorum, quorum usus petitur, pars legitima et diuturna possessione ad Ducatum Prussiae pertinuerit, pars per commissariorum cognitionem mihi adjudicata sit, tum et illud, quod Serenissimo Poloniae Regi, Domino meo clementissimo, iuramento obligatus sim, nihil eorum, quae in feudum mihi S. Regia Maiestas Sua contulit, me alienaturum, submitte S. Reginalem Vestram Maiestatem oratam facio, ne aegrius ferat, si minus ex voto S. Reginalis Vestrae Maiestatis hac ex parte fecero, quandoquidem adductis de causis id mihi factum impossibile esse S. Reginalis Vestrae Maiestas facile intelligit. Quam primum enim hic S. Reginalia^{a)} Vestrae Maiestati gratificarer, statim a S. Regia Maiestate adeoque toto Regni senatu violatae fidei insimularer, cum tamen S. Reginalem Vestram Maiestatem nihil minus quam eam mihi inuri notam velle sciam.

Quod vero S. Reginalis Vestra Maiestas in eadem instructione, per praefectum suum oblata, addit fundum illum, qui est confinis fluvio Schesuppe et Scherwinte, a perpetuis annis quiete [a] Maiestatis Vestrae subditis usurpatum esse, eius diversum ex eo patet: a paucis retroactis annis primum cepta est de eo controversia moveri, prius semper a Prussiae dominis occupatus et iure proprietario possessus. Nunc vero, cum inter reliquos extra omnem usum utriusque Ducatus subditorum propter finium incertitudinem, donec legitima eorum fiat determinatio, positus sit, aequum est, ut dato utrinque recessui tantisper pareatur. Ne autem pendens illud regundorum limitum negotium moram periculosam trahat, fecerit S. Reginalis Vestra Maiestas rem et sibi proficuum et mihi longe gratissimam, si maturari illud tandem apud Serenissimum filium suum, Dominum meum clementissimum, clementer instaret, utri tandem parti haec et alia id genus cesserint, illi tum eorum hoc iustior et quietior competet usus.

Quod inhibitionem negotiationis subditorum meorum cum S. Reginalis Vestrae Maiestatis subditis attinet, ea sic se habet, quod tum omnis generis proventus istic in silvis meis, ut sunt cruda mella, pelles luporum, vulpium, viverrarum, cera et id genus alia, clam mihi subducantur ac ad oppida S. Reginalis Vestrae Maiestatis venum deferantur, plurimique sub-

ditorum meorum in tali furto deprehensi sint, non alia commodior huic cavendo visa est ratio, quam si mercatus subditorum istic locorum interdicerentur. Ita tamen, ut libenter in hoc mandato rescindendo, ut pro more ac consuetudine harum terrarum promulgata et recepta negotiatio frumentaria libera sit, S. Reginali Vestrae Maiestati gratificaturus sim, si sylvestrium meorum citra detrimentum aliorum meorum proventuum id conferri possit.

De querelis autem S. Reginalis Vestrae Maiestatis subditorum, nisi altera quoque parte audita, cum debita haberi cognitio non possit, operae pretium futurum arbitror, ut utrinque ad eam rem tam cognoscendis S. Reginalis Maiestatis Vestrae, quam meorum subditorum querelis commissarii iudices deputentur. Ad quod tempus opportunum S. Reginali Vestrae Maiestati deligere, mihi que itidem communicare^{z)}.

Ad extremum latere S. Reginalem Vestram Maiestatem nolo, [non] ita pridem quendam gerentem sese pro regio scribe in districtu Coadiuten miseros subditos ibidem gravibus exactionibus multasse, ita etiam, ut ereptis pecudibus non contentus ad stipem eos fere adegisse dicatur atque ita exhausisse, ut difficulter in recolligendis facultatibus respirare possint. Quandoquidem autem mihi non constat, utrum exactor ille ministerio S. Reginali Vestrae Maiestati obligatus sit necne, officiosissime oro, ne grave tur de eo inquirendo clementer mandare, ut si servitor Maiestatis Vestrae fuerit, meritas de eo poenas sumat. Sin minus, per meos ei percontado laboretur, ne audaciam hanc impune ferat. Quoniam vero dicti illius districtus Coadiuten incolae longe miserrimi sunt, miseret me sane illorum, quod undequaque certa destituti defensione ita affligantur. Itaque, si salva id pace S. Reginalis Vestrae Maiestatis mihi liceret, constitui eos immunes ab omni censu in meam tutelam recipere tantisper, donec legitima determinatione limites in istis partibus positi fuerint, aut si quid inde esse posset proventuum, id cum calculo et sufficientibus rationibus in aliquem locum reponatur, donec haec ambiguitas proprietatis determinaretur, ne cuivis in miseram eam plebeculam impune excercendi tyrannidem fenestra pateat. Officiosissime S. Reginalem Vestram Maiestatem orans, ut quis eius in hoc sit animus, clementer mihi significare dignetur, quodque in praemissis voluntati S. Reginalis Vestrae Maiestatis non satis fecerim^{b)}, me adductis de causis excusatum ut habeat, quando nihil prius aut antiquius mihi duco, quam in omnibus officiosissime de S. Reginali Vestra Maiestate mereri, ubi saltem per honesti rationem id licuerit. Atque his S. Reginalem Vestram Maiestatem, cuius me favori pristino commendo, una cum Serenissimis filiabus etiam atque etiam felicissime valere precor. Datae Regio Monte.

Ex relatione Cancellarii.

Cedula

Ceterum etsi praefectum Jorburgensem^{z)} 1) antea satis iam S. Reginali Vestrae Maiestati commendatum esse sciam, committere tamen non potui, quin eum^{c)} S. Reginali Vestrae Maiestati officiosissime commendarem. Itaque oro, ut S. Reginalis Vestra Maiestas porro etiam eum clementia sua prosequi dignetur. In eo fecerit S. Reginalis Vestra Maiestas mihi longe gratissimum. Datum ut in literis.

a) in ms. Reginalis

b) in ms. facerim

c) in ms. enim

z) sic in ms.

1) Andreas Patrykowski.

Albertus dux in Prussia

Barbarae reginae Poloniae

Ottonis Henrici Bavariae ducis nuntium et doctorem Franciscum Thege, ei adiunctum, necnon negotia ipsis commissa commendat.

Cfr. El. XXXI, N. 511.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 131-132.

Reginae Poloniae Iuniori Barbarae, XV Ianuarii.

Serenissima Regina, Domina Clementissima et Affinis Charissima.

Quandoquidem Illustris Princeps, Dominus Otto Henricus Bavariae Dux, per literas mihi significavit mittere Illustritatem Suam praesentem ministrum suum, ut negotia quaedam literis contenta et coram referenda apud S. Reginalem Vestram Maiestatem conficiat, qui cum istic locorum consuetudinis aulicae ignarus sit, petiit Illustritas Sua, ut quendam illi meorum adderem, qui una cum eo, quicquid haberet mandatorum, apud S. Reginalem Vestram Maiestatem eo rectius expediret. Quo etsi non usque adeo opus fore putavi, quippe quod S. Reginali Vestrae Maiestati benigne iam commendata esse omnia sciam, nolui tamen committere, quin hanc Illustritati Suae operam darem. Itaque eximium et praeclarum^{a)} Franciscum Thege, Iuris Utriusque Doctorem ac consiliarium meum, ei muneri praefeci^{b)}. Quem ut S. Reginalis Vestra Maiestas cum altero, Illustrissimi Bavariae Ducis nuntio, et benevole et clementer audiat, remque omnem benigna commendatione dignetur prosequi, submisso oro. Fecerit in hoc S. Reginalis Vestra Maiestas praefato^{c)} Domino Bavariae Duci, tum et mihi, rem longe gratissimam ac pro eo, quod mihi cum S. Reginali Vestra Maiestate intercedit, affinitatis^{d)} vinculo, officiosissime vicissim demerendam. Cuius favori me meaque etiam atque etiam commendo ac longam cum Serenissimo consorte suo, Domino meo clementissimo, ei felicitatem successusque faustos precor. Datae Regio Monte etc.

A[ndreas] M[untzer].

a) in ms. plaecclarum

b) in ms. praefici

c) in ms. profecto

d) in ms. affinitas

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

pro successuum precatione, per Bernardum Pretwicz sibi communicata, gratias agit et vicissim omnia fausta et secunda reginae exoptat; nuntiat se eundem Pretwicz diligenter audivisse et responsum suum reginae referendum ipsi commisisse.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 506.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 142.

N. 3569.

E Regio Monte, 20.I.1551.

Anna Maria dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

pro benevolentia reginali, per Bernardum Pretwicz, capitaneum Barenssem, sibi significata, gratias agit eamque demereri promittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 141.

N. 3570.

E Regio Monte, 20.I.1551.

Albertus dux in Prussia

palatino Belzensi [Nicolao Sieniawski]

pro officiis oblati gratias agit; consanguineum eius sibi commendatum in numerum aulicorum suorum se libenter recepisse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1271.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 143-144.

N. 3571.

E Regio Monte, 23.I.1551.

Albertus dux in Prussia

Procopio Sieniawski, dapifero Leopoliensi,

gratias agit, quod adversae valetudini suae condoluerit et equos miserit; servitorem eius se clementer audivisse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1272.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 144-145.

N. 3572.

E Regio Monte, 26.I.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,

aliquot novitates, ex Germania per mercatores allatas, significat; rogat, ut, si certiores habeat, sibi communicet.

(*Schedula: mittit exemplar litterarum regis, «instinctu et hortatu Episcoporum» scriptarum*).

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 146-148.

Comiti de Gorckau etc., Castellano Posnaniensi, XXVI Ianuarii.

Scribit nova ex Germania petitque, si veriora habet, Celsitudini Suae

communicet. Mittit literas regias, instinctu Episcoporum a S. Regia Maiestate extortas.

Magnifice ac Generosae, Amice, Frater et Compater nobis percharte.

Etsi receperimus nos subinde Magnificentiae Vestrae nova, si quae huc pertingerent, communicaturos esse, tamen cum eadem rariora solito ad nos perferantur, hactenus studium hinc nostrum erga Magnificentiam Vestram intermittere coacti sumus. Attamen celandam Magnificentiam Vestram esse non ducebamus constanti fama asseverari Mauritii Saxoniae Ducis exercitum, in copias auxiliares Magdeburgensium expeditum, omnino deletum et caesum esse, Dominum Henricum Ducem Brunsvicensis in iisdem castris adversa correptum valetudine diem suum obiisse. Quandoquidem autem haec sic se habere per mercatores huc allatum est, ut vera-ne sint affirmare nequeamus, oratam Magnificentiam Vestram volumus, quid illi de his constet, nobis communicet, siquidem veriora et certiora ad^{a)} Magnificentiam Vestram, cum illis locis proximior nobis sit, perferri non dubitamus, si quid etiam praeter illa Magnificentia Vestra scitu dignum habuerit, quantum integrum ei erit, nobis significet. Nos vicissim pro veteri nostro^{b)} in Magnificentiam Vestram et amore et studio nullum candidi et fraterni in eam pectoris officium desiderari in nobis sineremus. Quam etiam atque etiam diuturna incolumitate conservari exoptamus. Datae Regio Monte.

Cedula

In ipsa harum obsignatione adfertur nobis inter cetera exemplum regiarum literarum, quo obiter perlecto non potuimus non dolere eo Serenissimum Regem nostrum instinctu et hortatu Episcoporum permotum. Sed necesse est, ut in ultimis hisce mundi temporibus talia et id genus prodeant. Servabit tamen Deus coetum suum, tanquam Petri naviculam, etiam in mediis fluctibus iactatum. Haec autem ideo Magnificentiae Vestrae communicare volebamus, ne quid horum eam lateret, ubi antea eius certior facta non esset. Quae bene valeat. Datum ut in literis.

A[ndreas] M[untzer]

a) in ms. id

b) in ms. nostra

N. 3573.

E Regio Monte, 26.I.1551.

Albertus dux in Prussia

Stanislaus Bojanowski, secretario regio,

pro negotiorum suorum diligenti promotione, per consiliarios suos ad accipiendam feudi investituram Cracoviam missos sibi narrata, gratias agit; rogat, ut, cum in Lithuaniam ad regem advenerit, ad se quoque descendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 145-146.

N. 3574.

E Regio Monte, 27.I.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae Patrykowski, praefecto Jurborgensi,

gratias agit, quod de exactore quodam, qui subditos suos Coadiutenses exactionibus onerabat, inquisiverit, et rogat, ut de aliis quoque, qui idem tentarint, inquisitionem faciat; mercatum frumentariorum inhibitionem in districtu Insterburgensi se relaxasse nuntiat; de lignis in locis controversis caesis nil aliud se respondere posse, quam quod ad reginam ea de re scripserit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 148-149.

N. 3575.

E Regio Monte, 6.II.1551.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Jarand Brudzewski, palatino Lanciensi,

ad litteras eius, in Biežuń 29.I. datas, respondet sibi «iuris ordinem invertere aut inhibere integrum non esse», itaque se non posse ante decisivam sententiam et legitimam ad se appellationem in negotio eius aliquid constituere, permittit tamen, ut, ad vitandas alias procrastinationes, ad proximam dietam iudicii Hohensteinensis compareat et causam suam ibi transigat; significat Alberto Finck idem se esse iniuncturum.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1282.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 151-152.

N. 3576.

E Regio Monte, 14.II.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,

Franciscum Stancarum, sibi ab eo commendatum, se libenter in Academiam suam recepturum esse, si ordinatis professorum suorum stipendiis contentus esse voluerit.

(Schedula: succinum mittit).

Cfr. El. XXXIX, N. 1281.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 152-154.

Comiti de Gorca, Castellano Posnaniensi, XIII Februarii.

Scribit se libenter Franciscum Stancarum recipere velle, si ordinato Academiae stipendio contentus esse voluerit.

Magnifice ac Generose, Amice, Frater et Compater nobis perchare.

Legimus literas Magnificentiae Vestrae, quibus nobis optimum virum Franciscum Stancarum, propter professionem verae doctrinae Christi exu-

lem, commendat, et ipsius quoque supplicem libellum probe intelleximus. Cuius afflictam conditionem ut dolenter ferimus, ita iucundissimum nobis est percrebescere apud plurimos fraternam hanc necessitudinem nostri, qua Magnificentiam Vestram, nobis arctissimo vinculo devinctam, foveamus ac nativo quodam benevolentiae affectu eam candide amplectimur, ut sane nihil prius antiquiusque optemus, quam si se crebra occasio offerret, qua honorifice de Magnificentia Vestra non secus ac germano fratre nobis mereri daretur, inde adeo et boni illius viri, hac animorum nostrorum coniunctione freti, precibus, accedente autoritate intercessionis Magnificentiae Vestrae pro eo interpositae, non possumus non eo benignius annuere. Itaque si is conditione et ordinatis professorum in Academia nostra stipendiis contentus esse voluerit, liberum ei facimus, ut se huc ad nos recipiat; quod si talem cognoverimus, qui maius etiam quiddam sibi addi mereatur, tum quidem habita et sui et praecipue Magnificentiae Vestrae commendationis ratione, clementiam et benevolentiam nostram in eo claudi non sinemus, libenter enim et Magnificentiae Vestrae gratificamur, et adflictis, quoad rationes id nostrae patiuntur, subventum cupimus. Quibus Magnificentiae Vestrae longam felicitatem et vitam incolumem precamur ac moram harum latoris, hic per negotia nostra tractam, benigne ut ferat petimus. Datae Regio Monte, ut supra.

A[ndreas] M[untzer]

Cedula

Mittimus quoque Magnificentiae Vestrae aliquid succini eius quidem bonitatis, qua hoc anno habetur. Petimus autem, ut paucitatem hanc boni consulat, siquidem et crebra inter amicos nostros facta distributione, et per tempestates maris adversas eius copia rarior solito apud nos est. Speramus tamen proventus proximo vere uberiores. Quo tempore et amice et fraterne largiusque hac ex parte Magnificentiae Vestrae gratificabimur. Is enim noster in Magnificentiam Vestram est animus, ut non possit non optime de Magnificentia Vestra mereri. Quod ut sibi de nobis persuadeat, omnino cupimus. Datum ut in literis.

A[ndreas] M[untzer]

N. 3577.

E Regio Monte, 27.II.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

legatum reginae, Stanislaum Lasocki, se audivisse nuntiat et ad omnia sibi ab eo relata ipsi respondisse, necnon curasse, «ut dictus Maiestatis Vestrae orator ubique in ditioe mea podvoda in promptu habeat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 154.

N. 3578.

E Regio Monte, 28.II.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

petit, ut subdito suo Thomae Lichtenstein, civi Hohensteinensi, cum Georgio Ritter, cive Toruniensi, causam habenti, saluum conductum ad annum unum impertiri velit, «ut interea temporis tuto et secure negotia sua, quae cum Georgio Ritter et aliis hic in Prussia habet, transigere, componere, terminare, suisque creditoribus debito modo satisfacere possit, ut hoc modo semina maiorum contentionum sopiantur et occasiones rixarum... tollantur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 155-156.

N. 3579.

E Regio Monte, 1.III.1551.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Gliczner, paracho Ortelsburgensi,

admonet eum severius, ne in posterum sine ratione de capitaneo suo conquerratur, sed, si eum aliqua in re gravari contingeret, se ad episcopum suum ordinarium convertat.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 156-159.

Nicolao Glitzner, paracho Ortelspurgensi, I Martii.

Scribit Celsitudinem Suam longe aliter a Capitaneo edoctam, quam ipse supplicaverat.

Venerabilis, Fidelis, Dilecte.

Scripsit ad nos Generosus noster Capitaneus in Ortelspurg et fidelis nobis dilectus Ioannes Schertwitz, significans et multis enumeratis rationibus declarans, se nulla prorsus de causa adeoque iniquissime ad nos accusatum a vobis esse. Quod enim initio supplicationis vestrae, proxime nobis oblatae, conquesti estis vos nullam hucusque provisionem sensisse et pecuniam debitam nullam accepisse, item agros, hortos, prata secundum nostram ordinationem nondum assignata, neque de salario constitutum hactenus quicquam esse, id multo aliter se habere Capitaneus noster affirmat, quod dicat vobis ordinatum stipendium pro semestri et IIII septimanis in pecunia et frumento iam pridem persolutum, vosque ante proximam ad nos supplicationem XXXIIIII marcas accepisse, vobis item sub primum adventum Ortelspurgum agros, hortos et prata, ad parochiam pertinentia, assignata fuisse. Quos quidem agros tabernatori istic per hiemem conserendos et utendos pro XII modiis frumenti siliginis locaveritis, praeterea vos cupisse quaedam prata, ad arcem nostram pertinentia, quibus nos carere non possumus; quae quidem prata, considerando, quod ad parochiam nunquam pertinebant, vobis tradere et assignare illi non fuit integrum. De hortis similiter scribit se eos non solum tradere vobis, verum etiam fodiendos curare voluisse. Quare si vestro fungi officio eosque porro conserere voluissetis, haud dubie potuisset inde iam aliquis fructus percipi. Cum autem his omnibus parum contenti essetis ac solummodo velletis

quattuor mansos mensuratos et determinatos habere, qui quidem id loci non inveniuntur, voluit idem Capitaneus noster ex bona voluntate vobis partem silvae eradicandam assignare, ut eam vestra opera et partim auxilio subditorum nostrorum extirpare et praeparare possetis. Quae omnia a vobis contempta et nullius pretii fuisse asseverat.

Quod item ad rationem seu valorem decimarum attinet, quas dicitis 70 marcas excedere, de eo aliam nobis omnino rationem Capitaneus reddidit. Et iuxta ipsius computationem, quam nobis perscripsit, nisi ex aliis ecclesiarum redditibus additio fiat, nondum 40 marcas explere condendit. Idcirco cum alii praedecessores vestri 60 marcis contenti fuerint, nequaquam confidimus vos insuper aliquid aut inusitati iniqui postulatuuros. De XI marcis ita se habere Capitaneus asserit, quod cum Passenheimum venissetis, quo in loco domicilium perpetuum fore credidistis, continuo agros, prata et hortos civi cuidam in annos aliquot locassetis, qui illas XI marcas prae manu vobis dederit. Iam autem successori ibidem vestro agris, pratis et hortis traditis ac consueto more assignatis, civem illum de summa sua vobis numerata in periculum vocari, cum agri utendi non concedantur. Quamobrem quid hic faciendum nobis sit, non videmus.

De marcis autem XVII hoc pacto respondet Capitaneus: Passenheimenses de vestra persona non prius scivisse, quam cum ad ipsos venissetis, qui etiam vos ex Usdovia advehendos curarunt, ac nihilominus querenti vobis de expensis, in itinere factis, X marcas, quibus tum temporis bene contenti fuistis, renumerarunt. Quae quidem omnia et singula si hoc modo pro Capitanei nostri relatione se habent, considerare potestis nobis non posse non magnopere displicere, qui discordiarum et contentionum semina causasque querelarum extinctas omnimodo cupimus, praesertim cum suspicio incidat istis vestris querelis nullam iustam et sufficientem rationem subesse, verum solummodo ex quadam insolentia et mala erga Capitaneum nostrum affectione, quod quidem nondum plane statuere possumus, oriri. Quare a vobis serio postulamus et requirimus, ut posthac vobis a talibus intempestivis relationibus et querelis non necessariis, quae virum religiosum et in isto officio versantem, uti melius ex Sacra Scriptura instructi estis, non decent, temperetis, neve cuiquam conquerendi ansam et occasionem sine iusta et evidenti ratione praebeatis. Quod similiter Capitaneo nostro, ut decenter et reverenter sese erga vos in omnibus licitis exhibeat, iniunximus.

Si tamen vos gravari aliqua in re contigerit, quod minime futurum speramus, ad ordinarium vestri illius loci Episcopum semper patebit aditus, ad quem ipsum has querelas et dissensiones omnimodas, si quando ortae fuerint, devolutas volumus, non dubitantes, quin pro sua prudentia et dexteritate Dominus Episcopus id statuet, quod ad pacem, concordiam et tranquillitatem propagandam, alendam, conservandam, omniaque semina discordiarum extinguenda pertinebit. Feceritis in hoc pro mandato nostro et pro officio vestro, quod nobis gratum accidet. Ex Monte Regio, I Martii.

Principi sic placuit.
Constantinus.

N. 3580.

S.l., I.III.1551.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Policki*

certiorem eum reddit se interim servitiis eius non indigere et inde a die 2 Maii, persoluto ei prius adhuc debito stipendio, dimissum eum facere.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 110.

N. 3581.

E Regio Monte, 4.III.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

gratias agit, quod subdito suo, Erasmo Preuss, iustitiam administrari iusserit; cum tamen mandatorum reginalium auctoritas parum ipsi profuerit, iterum eum commendat.

Cfr. El. XXXI, N. 507.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 160-161.

Reginae Poloniae, IIII Martii.

Pro Erasmo Preuss.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Quod S. Reginalis Vestra Maiestas adeo benigne iustitiae administrationem subdito meo Erasmo Preuss mandarit, maxime S. Reginali Vestrae Maiestati a me aguntur gratiae. Quam parum autem S. Reginalis Vestrae Maiestatis mandatorum autoritas ei profuerit, clementer id cognoscere dignetur. Reversus huc dictus meus subditus magna animi gratitudine singularem S. Reginalis Vestrae Maiestatis clementiam depraedicaavit, seque cum literis S. Reginalis Vestrae Maiestatis Zechanovam profectum, ibi absente Capitaneo, reddidisse eas Vicecapitaneo. Qui statim iis lectis spoliatores comprehendi ac in vincula coniici mandat, dumque in actu est et consanguinei spoliatoris subdito meo restitutionem pecuniae pollicentur, revertitur domum ipse Capitaneus. Ad quem propinqui captivati spoliatoris accedentes, rem omnem Vicecapitanei irritam reddidere, ita etiam, ut Capitaneus acerbe cum subdito meo de captivatione expostulans, dixerit esse eos homines nobiles et sanguine sibi iunctos, quare non ita facile in vincula coniiciendos esse, nec sibi propter affinitatem competere in eos ius sententiae ferendae. Atque ita, citra consensum et voluntatem subditi mei, e vinculis captivatum dimisisse liberum.

Quae res cum magnum subdito meo ferat detrimentum, petiit, ut denuo pro se apud S. Reginalem Vestram Maiestatem intercederem. Quod duplici ratione minime abnuendum illi esse putavi, cum quod subditus meus est, tum quod afflictis contra ius et aequum succurrendum sit. Itaque S. Reginalem Vestram Maiestatem oratam facio, ut severius nonnihil Capitaneo Zechonoviensi hac in re mandet, ne auctoritate S. Reginalis Vestrae Maiestatis neglecta, maioribus sumptibus subditus meus oneretur. Quod clementer S. Reginalem Vestram Maiestatem cauturam non dubito. Atque his S. Reginalem Vestram Maiestatem felicissime valere exopto. Datae Regio Monte etc.

A[ndreas] M[untzer]

N. 3582.

S.l., 5.III.1551.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
rogat, ut litteras liberi passus pro aliquot bobus, ad usum aulae suae a Bernardo Pretwicz emendis et sibi mittendis, a rege impetret, et ut dicti boves sine telonei solutione in Ducatum suum pelli possint.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, f. 110v.

N. 3583.

S.l., 8.III.1551.

Albertus dux in Prussia
Andree Patrykowski, praefecto Jurborgensi,
praefectis suis Insterburgensi et Ragnetensi se mandasse nuntiat, ut iniuriarum, utriusque partis subditis illatarum, inquisitionem et iustitiae administrationem suscipiant et de die et loco eiusmodi inquisitionis cum eo conveniant.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 161-162.

N. 3584.

Neuhausen, 18.IV.1551.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
rogat, ut negotium iuvenis Georgii Tesmer Fabiano Czema, castellano Gedaniensi (cui idem negotium optime notum est), et regi commendet, quo ei a Stanislao Kostka, palatino Pomeraniae, satisfiat (cfr. N. 3595).
(Schedula: rogat, ut causam de persolvendo sibi annuo stipendio apud regem promoveat).
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 110v-111v.

N. 3585.

S.l., 19.III.1551.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
de regis minus benevolo in se animo queritur et miratur, cum numquam ad quamlibet offensam occasionem praebuerit; in Deo fiduciam ponit; rege contra «recognitam veritatem» peccante et episcopis, «servitoribus

Baal», *nimis favente, iram Dei timet etc.; rogat, ut apud regem instet, quo annuum stipendium ad festa Paschatis Marienburgi sibi numeretur.*

Autogr.

HBA, B, K. 1174.

Lieber Derla, guter freundt und getrewer diner.

Ich hab ewer schreyben bey doctor Francz¹⁾ bekumen, daraus dy dancksagung meines gnedigen willen gegen euch durch Bohibel²⁾ vermeldet verstanden. Sollet ir mich anderst nicht als wy pillich den trewen hern gegen dem trewen diner spuren, und weis, das irs auch vordinen kunnet.

Bedanke mich auch in allen gnaden, das ir meinen gesanten, sofil euch ymermehr muglich, mit allem fleis gern gevordert. Hab auch verstanden durch sein einpringen, was ir von beden theilen erhalten mogen und ausgerichdet. Es mus mihr aber dy dag meines lebens wehe thun, das uber ewer files und aus kuniglichem befelich hohes kuniglichs und gnedigs vertragen und zuschreiben bey hohen kuniglichen worten nie mehr iemols erfolget und noch deglichs schir schlimer ansehen lesset, auch also so, das mihr doch am herczten zu hercze gehet, das ich schir greiffen mus den gotlichen zoren uber seine k.mt. Den das s.k.mt. mihr, irem plutfreundt und getrewen lehensfursten, sich uber gnedigs von euch filfeltig erbiten ungnedig, do ich doch kein ursach zu geben, erzeiget, wywol michs pillich und auch naturlich anfechten sol und mus, den es ist der natur eingepflancket, das ein ieder lieber zuvorderst einen gnedigen Got, hernachmols auch zeitlich einen gnedigen hern hat, wy ich auch hoffe, das s.k.mt. von mihr zu keinem andern ursach geben, und ab mihr wol s.k.mt. was ungnedig unferschult sein mag, so weis ich doch, weil ich aus gotlicher gnaden, darfur ich dem lieben Got numermehr genugsam, wy herczlich auch seiner almechtigkeit ich dancken dancken²⁾ kan, das er mich zu seiner kirchen glid angenumen, und alle, dy ynen den Herren aller hern erkennen und bekennen, seine ehre auspreiten und sich der waren reinen lehr seines gotlichen wortes rumen und frewen, als wenig, als unser meister Christus Ihesus ane creucz gewest, sein kunnen. Derhalben mihr auch das creucz, so mihr gotliche almechtigkeit durch dy ungnad meines lieben hern auflegt, das s.k.mt. in allem pillichen und zimlichen sich so gar ungnedig gegen mihr erzeiget, sofyl mehr treglicher, und mich troste, das mich mein lieber Got nie verlassen, auch dyse ungnad hinwiderumb in gnade wenden kan.

So ist mihr doch das, wy oben gemeldet, amb herczlichsten und bekummersten, das mihr gestriges abents dise copien durch einen meiner hofdiner, dy er aus Polen bekumen, uberantwort, daraus zu greiffen, das Gottes zoren volgen mus. Den das s.k.mt. leider, wo dem also, das Got erbarme, umb des zeitlichen den pischofen, Bahals dinern, solche verschreibung und zulas geben, nicht Gottes zoren heufflich volgen musse, do Got lob s.k.mt. nicht leugen kan, das si Gottes wort nicht gehoret und auch ein grossen theil erkant, nunmehr von wegen des zeitlichen stinckenten vergengklichen faren sol lassen und wider dy erkante warheit thun. Wis wolt do anders volgen den der zoren Gottes, den wider dy erkante warheit sundigen, ist in den heiligen geist, wo man nicht reuhe und leit daruber hat, sundigen; und wo man auch nicht nachlest und sich bessert, volget auch daraus, wy der liebe Paulus in seiner ersten episteln melden thut, das sich Got auch nicht mehr erbarmet deren, dy solches thun, nicht mehr annymbt, sy in irem willen hinfaren lest und in allen wollusten und sunden sterben, wy den aus demselben capittel wol zu ersehen.

Hie gepuret mihr s.k.mt. als meinem hern, dem ich gesworen, meine phlicht und trewe, alswol auch zuvor beschehen, nicht unter einen scheffel zu stecken und zu ferpergen, sunder mich den zu erzeugen, der nicht alleyn aus plutferwanter freuntschaft und lehensphlichten s.mt. in zeitlichen das beste zu wissen schuldich, sunder fylmehr auch aus christlicher liebe, dy Got allen menschen gebiten thut und im ewangelio selbst auch deutet dem fariseher, der Christum fraget, was er thun solt, das er selig wurde; do in Christus widerumb fraget, was im Got in den cehen geboten befele. Sp[r]ach er: Du solst Got lieben von ganzem herczen, aus allem deinem gemute und vermogen, und deinen negsten als dich selbst. Antwortet Ihesus: Das thu, so bistu selig.

Nun dancke ich dem lieben Got und mag michs rumen, das ich den lieben Got von ganzem meinem herczen liebe, wy er mihr, ab ich wol ein armer sunder, und wy den Iesus Christus spricht: Wer kan wissen, wy oft er felet? Ich auch erken, das ich al augenplick falle, doch zeugen wurt, wy herczlich ich sein almechtige magestat liebe, hernachmols auch meinen herczlieben hern und plutfreunt, k.mt. So kan ich doch mit meiner lieben nicht mehres aber hochers erzeugen, den das wy ich schuldich, im zeitlichen zu warnen, s.k.mt. in dem warne, so sein k.mt. zur ewigen verdambnus gereichen mag, wy dise verschreibung, den pischofen beschehen, ane zweifel, so sein k.mt. es nicht endern wurt, thun werden.

Ich aber, als der getrew lehensfurst und plutferwanter diner, warne nicht alleint aufs trewlichst, sunder rate und bitte auch bey meiner selen seligkeit, das s.k.mt. sich durch Got und duch dy gerechtigkeit Ihesu Christi, dy er von seinem himlischen vatter, als der von ewigheit geboren son, gehabt und uns in dise welt gesant und geschanckt, in und durch dy ier uns durch sein bitter leiden, sterben und auferstehen, auch gewaltige himelfart von sundt, thot und deufel erloset, s.mt. wollen sich der erlosung dy Bahals diner nicht berauben lassen, sunder das gotliche wort frey, lauter, rein und klar durch das ganzte kunigreich an alle schew gehen lassen und domit dem gotlichen zoren entpflehen, donehen auch gnediglich zu gemuet furen, was ich wol in vorigem thun das zeitliche angangen, s.mt. trewlich geraten und verwarnet und was allenthalben ervolget. Nun dise geistliche warung, dy s.mt. hogstes gut betrifft, als dy seligkeit der selen paser fursehen und erwegen, wy trew aber untrewlich ich s.k.mt. mich erzeige, den solt s.k.mt. in disem gotlichen handel, dy s.mt. selen heyl angehet, nicht mehr bedencen und aufachtung wolte haben als im weltlichen. So bezeuge ich hiemit vor dem almechtigen Got, seinem lieben sone und heiligen geist, der ganzen heiligen trifaltigkeit, unsserm allen herren, Got und vatter, und vor dem getrengen urtheil und gerichte Gottes, das ich an solchem verlust, der mihr auch herczlich leit, must sein, und bitte, das es Got verhuten wolle, keine schult, das mein gethon und gewarnet habe.

Wil aber uber das mihr s.k.mt. und umb meines trewen herczens willen und wolmeinen sich weiter in mich verherczen lassen und ungnedig sein, so befele ichs Got und bitte, das sein wil in mihr beschehe, bin auch mit seiner gotlichen almechtigkeit wol zufriden, das er mich stenpe und nurt wol nach seinem gotlichen willen, den ich sehe dardurch, das er mich als sein kint liebet.

Beschlislich bitte ich euch, wollet bey s.k.mt. anhalten, domit ich auf dy Ostern dy fir tausent gulden ane einigen abzug, wy mihrs alte k.mt. alwegen geben, als 28 g. fur einen fl. geben wollen lassen, und so es muglich, domit s.k.mt. nicht alle iar bemuhet durst werden, zu Margenpurgk gnediglich durch ein bestandene commission verschaffen wolle und

mein g.h. sein und pleiben. Schicke euch auch hiemit dyselbige schrifte, wy sy mihr worden ist, auch ein teusche abschrift darneben, domit ir sy sofyl bas zu ferstehen. Mihr ist auch umb meines lieben hern willen leit s.k.mt. kunigin³⁾ schwacheit und nicht weniger dy besorgnus, so fileicht daraus zu besorgen. Wolt ie nicht gern sehen, fyl weniger s.mt. gunnen, das sy in dem betrubet solt werden. Im fal aber, weil alle menschen darumb in dise welt kumen, das hie kein pleibent stelle, sunder das sich dy glaubige sele stetigs zu dem schepfer senen solle, bitte ich den lieben Got, er wolle s.mt. umb Christi willen gedult im creucz, das nicht glein, wy ichs in gleichem fal auch erfahren, verleihen, das s.k.mt. getrostet seinen in gotlicher magestat willen ergewen moge und sich unterwerfe. Amen. Befele euch und uns alle hiemit gotlicher gnaden. Datis in eyle den 19 Marcii anno 1551.

Albrecht marggraff und herczog etc.

In dorso: Dem erntfesten unsserm fil lieben hern Gabriel Derlen etc. zu eigner hant etc.

z) *sic in ms.*

2) *Bernardus Pohibel, secretarius Gabrielis Tarto.*

1) *Franciscus Thege.*

3) *Barbara.*

N. 3586.

E Regio Monte, 22.III.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae Biatoblocki

*rationibus suis postulantibus, ut numerum servitorum suorum et stipendiario-
rum hoc tempore contractiorem habeat, significat sibi commodum non
esse eum diutius salario suo tolerare, mandatque ei, ut salarium, quod
ipsi adhuc debetur, ad diem 29.III. poscat et accipiat.*

(In margine nota: Diese copei ist vorhalten wurden).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 162-163.

N. 3587.

E Regio Monte, 28.III.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,

*de negotio quodam religionis, de quo in conventu Riesenburgensi secreto
simul tractaverant, regi et Regno Poloniae in laudem et utilitatem cessuro,
nunc patefaciendo et, accedente auxilio et opera palatini Cracoviensis [Pe-
tri Kmity] et Vilenensis, Nicolai Radziwilly, facilius conficiendo; de impedi-
mentis ex parte episcoporum etc.*

Autogr. Sigill.

Cfr. El. XXXIX, N. 1290.

HBA, B, K. 1174.

Irleuchter und wolgeborner, grosmechtiger, geliebter freundt und freuntlicher lieber bruder.

Gottes, unssers herren Jhesu Christi gnad, gesuntheit, ewige und zeitli-

che wolfort wunsche ich E.L. von grundt meines herczens, mit erbitung meiner gancz bruderlichen liebe, trew und freuntliche dinst zuvorn.

Hab auch aus solcher nicht unterlassen kunnen und mit diser E.L. gesuntheit, dy ich derselben von herczen gonne, zu ersuchen, und nachdem mihr noch E.L. bruderlich besuchen und freuntliche handlung zu der zeit, do E.L. bey mihr zu Risenpergk waren,¹⁾ dy ich auch also verstand und einnamb, und noch nicht anderst vermercken kan, den das E.L. aus den pflichten, domit si k.mt. und der loblichen Kron zugethon, gancz getrewlich und zum hogsten nucz k.mt. und der Kron erwugen und gern dy mittel erfunden, domit si auch and dy ort gelanget, das si k.mt. und der loblichen Kron zu nucz fortgestellt weren worden, welche ich auch aus meinem einfeltigen verstandt auch nicht anderst als E.L. fur hoch fruchtpar und nuczlich, das si in das werck gesezset, ansehe, auch der zeit her filfelig als der getrew verphlichte und zugethone k.mt. und der loblichen Kron verphlichter nachgedacht, und noch nicht anderst e[r]wegen kan, den so mans noch kuntte vortstellen, das es k.mt. und der Kron furtreglich, und erwege, abwol der sachen also ewiglich nicht weiter nachgedacht und gesezset wurt, das gleichwol deshalbn andre das ier vortzustellen nicht lassen werden, dadurch auch k.mt. und der Kron hernachmols das benemen darzu itzunder zu kumen. So wissen doch E.L., was diselbige zeit fur bedencken furfilen, warumb auch nicht geschlossen kunt werden, sofern dy sach in geheim solte pleiben, das si zu der zeit vertrawet, den wy dy hendel dy zeit luffen, wissen E.L. wol, und ist mihr bishero fur und fur gancz getrewlich leit gewesen, und noch, das E.L. und meine trewheit kegen unsserm hern und der loblichen Kron also unter einem scheffel vorporgen, sich nicht herfur lassen ader aufdecken hat müssen, habe es auch mehr den eines mit herczlichen seufftzen beglaget.

Wil auch E.L. gancz vertrauter und bruderlicher wolmainung in geheim nicht pergen, das diser zeit her dise sach von hohen und auch nidrigern stenden mehr als einest an mich gelanget. Do mich aber alwegen unsrer beder vorige bedencken gehindert, das ich auch mihr selbst noch andern zu raten gewust, umb vermeidung willen, das nichts heimlichs offenwar wurde, das man des handels gedencken dorfte, und also in zweifel der gefar, wy noch ane hofnung mit schmerzen nicht ein glein leiden getragen, welches mihr auch nun mehr gemehret, weil mihr dise dag gleichmessige hendel zur hant stossen.

Und wil E.L. gancz vortrewlich in geheimb als dem, der mich zuvor eingenumen, in gleichem nicht pergen, das derselb handel wider bey mihr gesucht. Befinde auch sofyl, das bereit dise bereitschaft verhanden, wo E.L. und ich zu lange mit unsserm bedencken also im armprust ligen werden, das nicht hernachmols, wen man gern wolte dy sach versewmet und nicht wider gepracht mochte werden, und schickt der liebe Got solche wege, durch welche ich spure, dy sach mitlerzeit was reiffer worden. Kan aber mich der vorigen bedencken noch nicht gar erwerben, abwol dy ein person vorschiden²⁾ und, wy ich hore, dy andre person, mein lieber bruder etc.³⁾, auch nicht mehr in den gnaden sein solle, wy zuvor, und unsrer beder bruder, freunt und E.L. swager, der her grosmarschalck⁴⁾, hinwider in gnaden sein solle. So hindert mich doch nun hinwider, das ich in erfahrung kumen, wy k.mt. den Bahals dinern und geistlichen eine verschreibung geben, wy E.L. ane zweifel wissen, in welcher glar zu forstehen, das der heiligen warheit und gotlichem wort dy dur zugesperret.

So wissen auch E.L. selbst, wen diselben dis erfahren solten, das mit henden und fussen nicht alleint geweret und widerraten, sunder den heubtern alles geoffenbaret. Und fellet zudem fur, das k.mt. sich kegen dy

stende verschlechdet, nichts hinter der stende wissen und willen furzunehmen aber zu handeln. Solten nun solche handel in eine solche weite geraten, wy were es muglich, das in einer geheimb pleiben kunte? Solte es den auch nachmals, wy ich mich wol besorge, auch abgeschlagen werden, kunte ich nicht sehen, was gedinet, und wurden dy andern verfuret, der handel offenbaret und durch ein trew gemute zu k.mt. und der Kron in euserste fahr gesezet, das ich weis, E.L. ynen, wy ich auch, nicht gern gonnen wolte. Nun dringet mich aber mein phlicht gegen k.mt. und der loblichen Kron, das ich mihr nicht gern auflegen wolt lassen, als das ich zu nachtheil der Kron geswigen, weiss es aber keinem lebendigen menschen, alleint E.L., der mihrs zuvor vertrauet, auch hinwiderumb anzuzeigen. Und wywol ich hin und wider gedacht, kan ich auch kein mittel finden. Wurde hirumb verursacht, E.L. als dem mehr verstendigern in bedencken und erwegen zu stellen, was und in welcher gestalt der sachen geraten mocht werden.

Und habe wol bey mihr bedacht, ab E.L. der sachen zugut sich zu k.mt. verfuget, s.mt. eingenumen zu sweigen und volgendes mit irer mt. in geheim und vertrewlich daraus geredet. Wer aber, abs E.L. geraten deuchte, das dyselb sich mit unsserm freundt und bruder, dem hern woywoden und grosarchalck, beschide, s.l. auch einnome und alsdan den handel vertrawte und ratsch[!]agte, was zu thun aber zu lassen, und ab k.mt. zu disem handel auch wes zu formogen.

Und kan E.L. vertrewlich nicht pergen, das s.l. durch Pretwiczen sich mit filen umbstendigen worten vornemen lassen, als das sich s.l. mit E.L. und mihr gern sehen und allerley bereden wolt, wi der loblichen Kron zu dinen und helfen aus den gefערlichkeiten, dy ir vor augen schinen. Wo es nun mihr nit, wolt s.l. besehen, dar er pald nach Ostern sich zu E.L. fugen und alsdan semptlich mich besuchen wolten. Darauf ich s.l. wider geantwort, ich wuste, was ich der loblichen Kron schuldich, solte derhalb s.l. nicht zweifeln, warin ich in allem pillichen derselben zumb besten raten und dinen solte aber kunte, solt s.l. an mihr anders nichts, alleint alte treweheit erfinden; und wolte auch unbesweret sein, wohin mich bede E.L. bescheiden wurden, zu denselben zu kumen, wolten auch E.L. uber das zu mihr kumen, wolt ich dyselb gern mit freuden und freuntschaft auch nicht ungern haben.

Weil den dis auch vorgeloffen, bin ich sofyl mehre bewegen, domit E.L. meine pflichten gegen der loblichen Kron nicht geporgen, ab durch einen solchen wegk k.mt. und der Kron gedinet mocht werden. Mir ist auch wol eingefallen, weil wissentlich, das der her Radiwil, her zur Wilde, groskanzler und marschalck⁵⁾, nicht in gleinem vertrauen bey k.mt., und muglichen, das k.mt. s.l. auch den handel vertrauen mochte, domit durch ynen nicht ware verhindert, ob nicht geraten, das durch E.L. dem hern woiwoden zu Krakaw ader mich s.l. auch mit einnemen der handel vertrawet, und er dohin geleitet, das er neben E.L. k.mt. bereden thette. Den es scheinte in meinen augen, das durch gotlich vorhengen muglich, k.mt. und Kron mochten nicht alleint Schlesing, Lausicz und dy Kron zu Pehem an sich pringen, sunder auch wol das gancze Reyche an sich pringen, sunderlich so s.mt. und Kron sich zur gotlichen warheit begeben. Nun erfare ich gleichwol, das der her Radiwil gotlichem wort sehr zugethon. Weil aber s.l. von key.mt. zu einem fursten des Reichs gemachet, stehet mir auch vor augen, ab s.l. fileicht mit eiden derort eingenumen, dardurch dem handel mehr geundinet geoffenbaret und also andern geundinet wurde. Kan hirumb also bey mihr nicht schlissen, was zu thun ader zu lassen.

Weil mihr den diser dag vermeldet, das k.mt. pald nach Ostern sich

nach Litten erheben wil, der handel auch also durch fyle von hohen und nidern stenden bey mihr angepracht, so weis ich in doch niemandes in der welt, alleint E.L., den ich erken k.mt. und der Kron also zugethon, das ich mit rumb schreiben mag, das si E.L. mit aller trewen meinen, und bitte gancz hoch bruderlich und freuntlich, E.L. wolle dem handel fleissig nachdencken und was in disem handel zu thun ader vorzunemen das beste, ader aber nachzulassen, iren bruderlichen und getrewen rat und gutduncken mitdeylen und also dy sach vordern helfen. Ab auch E.L. bedachten, das es geraten, E.L. und ich uns miteinander vorderlich besehen, ab es wol bedencken haben mochte, das vordechtlicheit bey den leuten geberen mochte, sol es doch bey mihr nichts wircken, sunderlich weil es k.mt. und der Kron zum besten beschihet. Wohin mich nun E.L. an einen gelegen ort erfordern werden, wil ich mich gern mit E.L. besehen, bruderlich und freuntlich des handels bereden,

Und kan E.L. vertrewlich nicht pergen, das ich k.mt. und der Kron zugut von filen werwarnet, k.mt. wolle sich auf dy heubter nicht sogar verlassen, den ich sol gerne glauben, das das ein heubt, der nachpar, was im sin wider dy Kron, und wen man sichs am wenigsten versehen werde, solle das beste aufsehen von noten sein. Wil hirumb meins erwegens in allem nicht geseumet sein, und ab E.L. bey sich erwugen, aus meinem dorichten bedencken, das gut, das E.L. den hern woyboden von Krakaw, iren swager, meinen lieben bruder, zu sich beschiden, ader wes meher fur bedencken mochten furfallen, so bitte ich, E.L. wolle dy sach nicht ruhen lassen, sunder sofyl muglich zeitigen und vordern, und dise meine hantschrift in hogster geheim bey sich behalten und nach verlesung mihr wider zuschicken. Wil ich gleichmessig, was mihr E.L. widerumb mit eigner hant zuschreiben wurt, auch thun und E.L. wider zuschicken, den E.L. sehen dy geswindigkeit diser itzigen welt, und solten irgends brif auf dischen ligen pleiben und andern zu lesen in dy hende kumen, was fur fahr zu besorgen. Dorffen hirumb E.L. an mihr auch nicht zweifeln, ich wil E.L. briffe also verwaren, das sy kein ander sehen solle und in keine hende E.L. zu nachdeil kumen, und sunderlich auch bitte ich E.L. gancz freuntlich, das si mit mihr fur gut nemen wolle, das ich nicht lateinisch schreibe, den so es mihr ymer muglich gewesen, wolte ichs nicht unterlassen haben, so ist ein gemein sprichwort, quod ad impossibile nemo obligatur. Bitte hirumb abermols E.L. als meinen lieben bruder, wolle mihr dise meine unlesliche hantschrift zum besten keren, das vordine ich bruderlich unde freuntlich hinwider, und befele E.L. Gottes gnad, schucz und schirm, der diselben in langer gesuntheit erhalte und warer erkantnus zuzunemen seine gnade mehre, und nach Got mich E.L. bruderlichen trewe. Datis in eyle Kunigspurgk den 28 Marcii anno 1551.

Albrecht marggraff der elter und in Preussen etc.
herzog etc.

In dorso alia manu: Magnifico ac Generoso Amico, Fratri et Compatri nobis percharo, Domino Andreae Comiti de Gorca, Castellano Posnaniensi et Capitaneo Maioris Poloniae Generali.

1) 16.V.1549 (cfr. El. XXXVIII, N. 1161, El. LXIII, NN. 3323, 3324).

2) Samuel Maciejowski, ep. Cracoviensis (†26.X.1550).

3) Ioannes Tarnowski, cast. Cracoviensis (cfr. El. XXXIX, N. 1286, p. 105).

4) Petrus Kmita Annam a Gôrka, Andreae sororem, uxorem duxit.

5) Nicolaus Radziwiłł «Niger», pal. Vilnensis.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

rogat, ut sibi ignoscat, quod liberam dimissionem lignorum, in loco sequestrato caesorum, ei concedere non possit; capitaneis suis a se mandatum esse nuntiat, ut cum praefecto reginali de tempore et loco conveniant et iustitiam cuivis administrent.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 164-166.

Reginae Poloniae, I Aprilis.

Scribit, cur petitioni Maiestatis Suae satisfacere non possit.

Mandasse item Capitaneis suis, ut cognoscant de subditorum iniuriis.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Allatae mihi sunt S. Reginalis Vestrae Maiestatis literae, quibus iterum liberam lignorum in sequestrato loco caesorum dimissionem cupit, quippe quod me illud promisisse praefectus S. Reginalis Vestrae Maiestatis Jurborgensis¹⁾ ad eam scripserit. Vellem quidem non tantum in hoc casu, verum et re eminentiore, quantum honeste fieri posset, petitioni Maiestatis Vestrae satisfacere. At cum ante Maiestati Vestrae rationes exposuerim, per quas mihi non liceat quicquam in id genus casibus statuere aut decernere, quippe quod recessus et regionum et meorum commissariorum, utrinque receptus et approbatus, obstet, non video, qua fronte contrarium tentari a me possit, ut taceam promisisse me eius aliquid, cuius facultas penes me non est, quando et ipsae literae, per eundem praefectum Jurborgensem S. Reginali Vestrae Maiestati missae, diversum docent. Ad haec si illi talis promissio a me facta esset, non opus fuisset, post eius legationem, binis eum illud a me petere literis et ternas etiam nunc addere. Ad quas semper illi responsum est, eam dimissionem in potestate mea non esse. Itaque S. Reginalem Vestram Maiestatem enixe oro, ne aegrius ferat, quod minus ex voto S. Reginalis Vestrae Maiestatis haec accidant, siquidem per honesti rationes aliter non licere ipsa Maiestas Vestra probe intelligit.

Quod controversias utriusque Ducatus subditorum attinet, mandatum est Capitaneis meis, ut cum praefecto Maiestatis Vestrae de tempore et loco opportuno conveniant debitamque iustitiam cuivis administrent. Idcirco, cum S. Reginalis Vestra Maiestas^{a)} se suis quoque itidem mandasse scribat, nullam porro moram in hoc negotio ductam iri existimo. Atque haec S. Reginali Vestrae Maiestati respondenda putavi. Cuius favori me etiam atque etiam commendo ac tam Maiestati Vestrae, quam Serenissimis eiusdem Reginulis omnia fausta feliciaque exopto. Datae Regio Monte, ut supra.

A[ndreas] M[untzer].

a) in ms. Maiestatis

1) Andreas Patrykowski.

Albertus dux in Prussia

Andreae Patrykowski, praefecto Jurborgensi,

asserit sibi non licere regionum et suorum commissariorum recessum de locis sequestratis, approbatum et receptum, transgredi, quare et tabulata, in eiusmodi locis caesa, libera dimittere facultatis suae non esse; de mercatibus frumentariis idem respondet, quod prius: subditis suis liberam esse frumenti advectionem, «ubi per annonae caritatem et penuriam frumenti... eo carere possunt».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 163-164.

N. 3590.

E Regio Monte, 2.IV.1551.

*Albertus dux in Prussia
Iacobo Osmolski (Oschmulski), teloneario Lublinensi,
subditum suum Albertum Russau, negotia quaedam de nemoribus et lignis secandis et iam sectis apud reginam Bonam conficienda habentem, commendat et petit, ut auctoritate, qua apud reginam plurimum valet, subdito suo in eius negotiis ex sententia expediendis adesse velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 166-167.

N. 3591.

E Regio Monte, 3.IV.1551.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Miednicensi [Venceslao Wierzbicki]
pro nobili adolescente Thoma Giedkontowicz, qui sumptibus suis bonarum litterarum studio operam navat, intercedit et rogat, ut domo quadam, a praedecessore eius episcopo Miednicensi, omni censu et tributo libera, avo et patri eius donata et inscripta, quiete uti possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 167-168.

N. 3592.

E Regio Monte, 10.IV.1551.

*Albertus dux in Prussia
Galliae comestabili [Annae Montmorency]
Ioannem a Werden iuniorem, filium Ioannis, burggravii et consulis Gedanensis, in Galliam «ad regionis illius situm populorumque mores cognoscendos» a patre missum, commendat et rogat, ut operam suam pro eo interponat, quo inter regis Galliae [Henrici II] servitores recipiatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 168-169.

N. 3593.

E Regio Monte, 15.IV.1551.

Albertus dux in Prussia

duci in Otyka [Nicolao Radziwiłł]

*Thomam Koss adolescentem, subditum suum, «Lithuaniae et finitimarum
istic regionum mores ac situm» visere desiderantem, commendat et
rogat, ut eum in numerum servitorum suorum ascribere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 170.

N. 3594.

Neuhausen, 18.IV.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

de negotio matrimoniali filiarum reginae quid sibi videatur refert.

Cfr. El. XXXI, N. 517.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 175-178.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Literas S. Reginalis Maiestatis Vestrae, mihi per servitorem suum traditas, XI Aprilis Warschoviae datas, debita cum reverentia accepi. Ex quibus cognovi Maiestatem Vestram a Serenissimo Rege Poloniae etc., Domino meo clementissimo, his proximis diebus literas obtinuisse, quibus Sacra Maiestas Sua Regia significavit sibi negotium illud matrimonii, de quo Maiestati Vestrae per aulicum eiusdem Lassotzky intimaveram, placere quidem, quatenus divino auxilio succedat, sed tamen velle se prius ad Senatores Regni referre, ut sua consilia Sacrae Regiae Maiestati Suae communicarent; quicquid autem consilii a Senatoribus datum fuerit, id Maiestatem Vestram sine mora ad me perscripturam. Haec uti omnia mihi prorsus non displicent, quippe cum temerarium sit tantam rem sine consilio et matura deliberatione auspicari, ita Deum precor, ut hoc quicquid incepti est, pro utriusque partis incremento fortunare simulque ad animae et corporis felicitatem consequendam successus largiri dignetur. Quod autem Maiestati Vestrae Reginali consultum videtur, ut sponte mea ac motu proprio, veluti Maiestate Vestra nesciente, hac ipsa in causa ad S. Regiam Maiestatem^{b)} scriberem certumque cubicularium, qui ad Maiestatem Vestram^{b)} eundo illuc ac redeundo diverteret, mitterem, id quo pacto fieri commode possit, ut non suspicio incidat a Vestra Maiestate id promanare, non prorsus video. Et licet apud me de rationibus, quibus hoc negotium non male mea quidem sententia ad S. Regiam Maiestatem Suam deferri^{c)} possit, cogitaverim, ita scilicet, si Nobili ac Generoso sincere mihi dilecto Gabrieli Terla, quem in omnibus fidelem et industrium cognovi, committerem, ut Serenissimi Regis animum de hac re perscrutaretur, cui S. Regia Maiestas, quod eum inter intimos habet, haud quicquam celatura esset, tamen illud me vicissim movet ac in contrariam partem quodammodo ducit, quod audio S. Regiam Maiestatem statutum habere et conclusum hanc rem ad consiliarios Regni antea referre.

Certo itaque mihi persuadeo nihil hac via et ista quidem ratione effectum iri. Si tamen Reginali Maiestati Vestrae consultum videbitur, ut hoc, quo dictum est, modo per Gabrielem Terla exequendum sit, eadem faciat me quamprimum certiore. Nihil enim, quod S. Reginalis Maiestas Vestra in amico Principe requirere potest, detrectabo.

Quod porro Maiestas Vestra Reginalis sibi a me perscribi postulat, anum certum exploratumque animum Illustrissimi Ducis Ioannis, affinis mei, habeam, quodque ad arces, tenutas et alia bona ipsius Ducis attinet, non possum nunc Maiestati Vestrae determinati quicquam referre. Neque etiam consultum ullo modo videtur, dum in dubio est S. Regiae Maiestatis animus mentemque nondum patefecit suam, aliquid hoc nomine inquirere. Animo autem Serenissimi Regis declarato et cognito, prima quaque commoditate, quaecumque necessaria videbuntur, studiose diligenterque pervestigabo. Quicquid enim pro honoris, commodi, emolumenti Reginalis Maiestatis Vestrae ac Serenissimarum Reginularum amplificatione mea opera ac studio praestare possum, ad id me agnosco ex debito officio et arcta sanguinis coniunctione obligatum, faciamque insuper, quod in me est, ex animo et libenter et accurate, sperans atque confidens Deum Optimum Maximum, qui solus conciliator matrimoniorum habetur et in cuius manu posita sunt universa, haec coepta laetis et iucundis successibus fortunaturum et ad debitum finem perducturum. Cui ipse opem, diligentiam et sedulitatem meam, quantum potero, adiungam. Atque haec interim S. Reginali Maiestati Vestrae, donec certiora utrinque habebuntur, responsi loco remittere visum fuit. Quam Christo omnipotenti cum Serenissimis filiabus longo tempore salvam, florentem et fortunatam conservandam committo. Datae ex Nova Domo, ut supra.

C[onstantinus] Syl[vius].

a) *in margine*: Folgende copeyen seind von
Neuenhauss herein geschicket

b)-b) *in margine*.

c) *in ms.* deferre.

N. 3595.

Neuhausen, 18.IV.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Georgium Tesmer, subditum regium, commendat et rogat, ut quemadmodum eius patrem a culpa quadam violentiae insinulatae absolverat, ita «illam absolutionem et culpae remissionem, quae nunc demum ab adversariis huius controvertitur, porro ac in posterum etiam ratam et gratam habere, idque regiis literis testatum facere» velit et palatino Pomeraniae [Stanislao Kostka] iniungat, «ut ad huius Tesmeri postulationem fugitivos rusticos restituendos curet ac illi parentique eius negotium... non facessat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 178-179.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

de rege «artificiis diaboli» implicato et cum mulierculis luxuriante dolet et rogat, ut eum ab eiusmodi ignominia et dedecore cohibere studeat.

Autogr.

HBA, B, K. 1174.

Lieber frumer her Derla.

Dise stundt kumb ich in ein schreckliche erfahrung, dy mich also betrubet und mein hercz krencket, das ich auch nicht wissen kan, wy mich wol etwas herter schwechen, betruben ader krencken mochte. Und wywol mein groste hofnung zu dem lieben Got ist, in den ich hoffe, das er uns allen armen sundern und sunderin nicht so ungnedig sein werde und also hertlich besweren, das er unsrer aller gnedigen hern mit seinen ungnedigen augen ansehen werde, darumb ich auch Got deglichen bitte und ane aufhoren zu bitten nicht nachlassen wil, das er meinem lieben hern nicht^{a)} wider also, wy zuvor, zu fallen gestate, auch mich zu meinem g.h. versihe, das sich s.g. nu mehr sich^{b)} pesser fursehen werde, den zuvor, auch erwegen und bedencken, was vor ervolget und nun mehr, wo es s.k.mt. sich wider in solch ungluck und geschrey sich wider verwickeln wurde. So stehet mihr doch vor augen und besorge auch, das nicht aber bose leut mit zauberey ader andern deufels kunsten sein mt. wider bekekeln mochten, bezaubern ader der liebe geben, das auch meines leiben hern entlicher dot und grostes ungluck sein mochte. Den mihr wurt dise stundt, und ist warhaftig, vermeldet, das ein gerucht hie sein sol, wy das ein witfraw in Litten sich offentlich horen solle lassen, wen nurt k.mt. ken der Wilden kumen werde, wol si seine mt. sowol hinwegk haben als dy vorige in Got entschlafene kunigin¹⁾; welches, wy auch oben gemeldet, mihr nit alleint herczlich schmerczlich und mitleidlich, sunder auch der entliche dot sein wurde.

Demnach so tringet mich erstlich meine pflicht, hernachmols dy trewe plutferwantnus, das ich solches s.mt. nicht versweigen mus, und demnach auch euch solches aus meinen pflichten und trewen als dem getrewen diner, dem ich auch das zeugnus geben mus, das ich euch nie anderst gespuret, den das ir s.mt. zum trewsten gewest, und bitte durch Gottes willen, ir wollet hutten und darvor sein, das sich s.k.mt. ia nicht in das schentlich wesen einlassen wolle und sich zu solchen weibern bogen, unzucht mit ynen zu treiben, und ewen so wenig mit yn essen aber trincken, noch gleider zu greiffen ader pflucken gestaten, zumb hogsten aber sich hutten, das sich s.k.mt. wider und weiter in solchs dun einlasse, wy zuvorn beschehen, den so es nicht verhutet, wurt gewislich s.mt. das volgen, so s.mt. und uns allen, so s.mt. mit trewen meinen, zu entlichem zeitigen schaden kumen und reichen werde; das mihr herczlich leit und nicht lieb were. Aber und abermols umb Gottes willen bittend, thut als ein getrewer diner bey s.k.mt., den ir seits s.mt. ie phlichtig alswol als ich, und ist mihr auch nicht zuwider, das ir auch s.mt. umb meinentwillen anregen und bitten thut, kan auch wol leiden, das ir dise schrift s.mt. weiset, den was ich thu, du ich nit aus firwurcz, sunder auf meinem eide, pflicht und trewe. Wil mich auch hiemit verwaret haben, protestiret und entschuldiget und angezeigt, das ich das mein gethon, k.mt., euch und uns alle Gottes gnaden

befolen und bitte, wollet meiner alwegen im besten gegen s.mt. gedencken, domit s.mt. ia mein g.h. sein und pleiben wolle. Datis in eyle den 19 Aprilis anno 1551 zu Kunigspurgk etc.

Albrecht marggraff und herczog etc.

In dorso alia manu: Dem edlen und ernvesten unserm besonder lieben Gabrieln Terla, k.mt. zu Polann vorschneyder und heuptman uff Chelm etc.

a) *in margine.*

b) *supra lineam.*

1) *Elisabeth Austriaca* († 15.VI.1545).

N. 3597.

Neuhausen, 24.IV.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, respondet, cur Latine manu propria scribere nequeat («nos in lingua Latina minus exercitatos esse»): Franciscum Stancarum, iterum sibi commendatum, iam in Regium Montem una cum uxore salvum et incolumem pervenisse nuntiat; de bibliotheca eius, Pinczoviae apud Nicolaum Oleśnicki relictā, se Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi, scripsisse, ut eam in Prusiam transvehendam curaret; rogat, ut nova scribere velit.

Cfr. El. XXXIX, NN. 1289, 1290, 1291.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 179-182.

Comiti a Gorckau, XXIII Aprilis.

Scribit causas, cur manu propria literas Latinas scribere non possit, et respondet ad literas eius Magnificentiae. Commendatum item habet Stancarum. Significat modum et rationem, quibus libros Stancari exportandos ex Polonia existimat. Postremo petit sibi nova communicari.

Albertus, Dei gratia etc.

Magnifico ac Generoso, etc.

Magnifice ac Generose, Amice, Frater et Compater nobis perchare.

Reverso ad nos servitore nostro, quod ad XIX Aprilis fuit, intelleximus Magnificentiae Vestrae postulationem, ut deinceps ad Vestram Magnificentiam propria manu scripturi, Latino idiomate ac lingua uteremur. Nos equidem, etsi Magnificentiae Vestrae non hoc solum casu, verum longe ampliori in re maiorisve momenti amice ac fraterne ex animo gratificamur, tamen id, quod res est, fateri ingenue cogimur nos in lingua Latina minus exercitatos esse, quam ut possimus animi nostri cogitata verbis propriis usitatis significantibus et ad rem appositis exprimere, ita sane, ut nos non raro poeniteat iuventutis nostrae, quae in literis, uti decebat, minus exculta fuit. Quare nos Magnificentia Vestra amice et fraterne excusatos hoc nomine habere velit. Siquidem autem Magnificentiae Vestrae ha in re et ista quidem petitione mos omnino gerendus fuerit, dabimus operam, ut fidelissimum aliquem, cui secreta quaeque et tacenda negotia concedere tuto possimus, nobis adiungamus, a quo nullum sit periculum, ut rerum

creditarum aliquid effluat. Id Magnificentiam Vestram, quod soli huic rei, ut dictum est, non sufficimus, non inique laturam nobis persuasum habemus.

Ceterum ex responso Magnificentiae Vestrae abunde cognovimus eandem literarum nostrarum (etsi Germanice scriptae erant) sensum penitus percepisse, nec in ulla parte haesitasse quicquam. Ut autem acerbum nobis accidit dolenterque ferimus non dari concedive illam commoditatem, quam pro debito nostro officio ac studio ex animo et pectore (sicuti Magnificentiae Vestrae obscurum non est) et fovemus et optamus, ita totam rem patientia superandam ac vincendam esse statuimus, Deum Optimum Maximum supplici prece fatigantes, dignetur patientiam ac tolerantiam his omnibus superandis clementer divinitusque largiri ac tandem suo tempore iuxta voluntatem suam haec omnia constituere.

Accessit interea temporis Magnificentiae Vestrae servitor Melchior a Lehndorff cum binis ad nos literis, quarum alteris, quae propria manu exaratae erant, Magnificentia Vestra sese excusat, quod propter negotiorum multitudinem, quibus undique obruta fuit, ad literas nostras hac vice respondere non potuerit. Quam nos excusationem ut sufficientem et idoneam arbitramur, ita amice, benigne et fraterne admittimus. Alteris vero literis Magnificentia Vestra Franciscum Stancaram nobis iterum etiam atque etiam commendat. Nos, quemadmodum Magnificentiae Vestrae antea significavimus, tum propter eiusdem accuratam commendationem, tum quod vicem illius boni viri dolenter ferimus, ipsum commendatum nobis habebimus, Vestraeque Magnificentiae celare non possumus, quod nudius tertius una cum coniuge sua Regium Montem salvus atque incolumis pervenit. Quod bibliothecam et suppellectilem ipsius, quam apud Generosum Nicolaum Oleszinky¹⁾ in arce Pintzow post se reliquit, attinet, scripsimus proinde Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi, ut pro sua dexteritate, magna adhibita providentia, id operam daret, ut eam librorum suppellectilem tacite ac citra aliquam evulgationem consequutus, nobis porro huc in Prussiam sub nomine aliarum mercium bonorumve advehendam curaret, non dubitantes ipsum hanc rem, pro suo in nos studio, probe, caute diligenterque curaturum. Quare si Magnificentiae Vestrae, ut hoc modo et via negotium expediatur, consultum videtur, amice postulamus, ut eas literas, certo nuntio oblato, Cracoviam mittat simulque consilium, si expedit, adiungendum curet, quo commodius bibliotheca exportetur. Coniecimus in eas quoque literas Stancari^{a)} scriptum, quo testatur se librorum suorum suppellectilem nobis vendidisse, quare a Domino Oleszintsky petere, ut eam universam suo nomine Ioanni Wunsam tradere faciat, si hoc forte praetextu, uti non dubitamus, exportari facilius ac minori cum periculo queat.

Quod reliquum est, Magnificentiam Vestram amice ac fraterne petimus, ut si quid certi ex Hungaria deque Turcorum conatibus, de quibus indies multi huc rumores, incertis tamen auctoribus, perferuntur, habet, nobis benigne communicare dignetur.

De adversa valetudine Caesareae Maiestatis Romanorum²⁾ certiora afferuntur, quam quae Reipublicae Christianae expediunt. Neque enim sperandum est ullo modo Germaniam pacatiorem a morte Caesaris quam nunc fore, quia tum demum aliae super alias factiones ex dominandi cupiditate oriturae sunt. Quare Deus profecto his tempestatibus rogandus est serio, ut Imperatoriam Suam Maiestatem diutius pro emolumento totius Christiani Orbis conservet. Non vulgaris etiam fama est Regem Galliae³⁾ Parmam ac Placentiam, Italiae urbes, hostiliter occupasse. Quae res quor-

sum spectet, tempus manifestabit. Haec Magnificentiae Vestrae (quam Christo Servatori incolumem et felicem conservandam committimus) amice communicanda habuimus. Datae Nova Domo, mense ut supra.

- a) in ms. Scancari
1) Nicolaus Oleśnicki.
2) Carolus V.
3) Henricus II.

Commissio Principis propria.
Idem audivit.

N. 3598.

Neuhausen, 24.IV.1551.

Albertus dux in Prussia

Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,

adducit causas, cur solutionem residuae partis debiti nondum sibi persoluti longius prorogare non possit («nihil prorsus profecimus, [quam] quod non integrum sit nobis contractum cum Domino Bretwiczio, cui ista pecuniae summa iam pridem addicta fuit, rescindere, nisi magnam inconstantiae notam subire velimus»): servitorem eius sibi commendatum in numerum aulicorum suorum se libenter acceptasse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1288.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 183-184.

N. 3599.

Neuhausen, 24.IV.1551.

Anna Maria dux in Prussia

Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,

litteras eius, quibus notitiam secum contrahere voluit, gratas sibi fuisse scribit; de proroganda autem debiti solutione nihil se intercessione sua a consorte suo obtinere potuisse significat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 185-186.

N. 3600.

E Regio Monte, 26.IV.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

pro adolescente subdito suo, homicidii accusato et iam captivato, intercedit et petit, ut eum liberum dimittere velit («cum casus eius homicidii fortuitus sit, ipse autem adolescens captivus, subditus meus, non usque adeo culpa vacet, tamen non is sit, qui cubicularium S. Reginalis Vestrae Maiestatis vita exemerit»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 170-171.

N. 3601.

E Regio Monte, 26.IV.1551.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae*

pro filio viduae Gertrudis Stulmacher, homicidii accusato et captivato, intercedit et petit, ut eum, supplicio capitis liberatum, poena absolvat («licet omnino immunis culpa non sit», cfr. N. praeced.).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 172.

N. 3602.

Neuhausen, 26.IV.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,

rogat, ut bibliothecam et ceteram supellectilem Francisci Stancari, in arce Pinczoviana apud Nicolaum Oleśnicki relictam, secreto et provide in Regium Montem transportandam curet.

Cfr. El. XLV, N. 95.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 111v-112.

Ahn Hansen Wunsam, den 26 Aprilis.

Ersamer, lieber, besonder.

Wir wollen euch gnediger meynung nicht vorhalthen, das wir mit d.^{a)} Francisco Stancaro, welcher seyner lehr und profession halben daselbst vertrieben worden, umb seyne bibliotheca und lieberey handeln haben lassen, uns auch mit ime darumb verglichen und geburender weyse bezalet. Dieweil dann bemelthe seyne lieberey auf dem schlosse Pintzaw bey dem ernvhesten hern Nickel Olessnitzki¹⁾ sein sol, so ist unser gnediges begeren, ir wollet mit guttem rathe, doch in aller geheimb, nach ewer bescheidenheit dahin trachten, damit ir dieselben bucher, und was daneben verhanden, welchs alles in vier kasten sein sol, in ewer gewarsam bekhommet, uns alsdann ferner solche 4 kasten wol verwaret, domit inen vom regen und ungewitter kein schaden zu befahren, alher nach Königspergk, entweder zu wasser oder gewisse fuhre, wie ir es vor das beste ansehet, bestellen; auch eine person, alles uff unsern uncosten, die dabey bleibe^{b)} und darauf achtung gebe, dazu verordenen. Daneben schicken wir euch einen brief von bemelthem Stancaro, dardurch der heuptmann zu Pintzaw euch in deme glauben geben und die bucher unvorhinderlichen folgen wirdt lassen. Daran thut ir uns zu gefallen, in gnaden hinwider zu erkennen. Datum Neuhaus, ut supra.

Commissio Principis propria
Constantinus Sil[vius].

a) sequitur: Stam non expunctum.

b) correctum ex: bleibett

1) Nicolaus Oleśnicki, heres in Pińczów.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

iterum de negotio matrimonii inter Ioannem Holsatiae ducem et reginulam

Sophiam sententiam suam proferi.

Cfr. El. XXXI, NN. 515, 517, 519.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 173-175.

Reginae Poloniae, 1 Maii.

Scribit, quid sibi porro faciundum videatur in conciliando matrimonio Ducis Holsatiae cum filia S. Reginalis Maiestatis.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Ex literis S. Reginalis Maiestatis Vestrae, per cubicularium mihi redditus, intellexi Serenissimo Principi et Domino, Domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae etc., Domino meo clementissimo, placere illud propositum de contrahendo inter Illustrissimum Ducem Holsatiae Ioannem et Serenissimae Reginalis Maiestatis Vestrae filiam Sophiam matrimonio. Itaque me porro Maiestas Vestra hortatur, ut Serenissimum Regem de statu, bonis ac conditione bonorum dicti Illustrissimi Ducis certiore facerem Suamque S. Regiam Maiestatem ad hoc matrimonium conficiendum hortarer. Ego, quod proximis meis literis Reginali Maiestati Vestrae respondi, idem nunc repetendum existimo, me scilicet in hac re explorati et determinati quicquam scribere non posse. Est enim nunc demum, cognito Serenissimi Regis animo, ipsius Ducis Ioannis pertentanda mens atque voluntas. Nam hactenus solummodo pro mea persona motu proprio, Illustrissimo Duce Ioanne ignorante et nihil ad hanc rem requisito, tacite et secreto cum S. Reginali Maiestate Vestra egi, quemadmodum eidem significandum curavi, ut studium meum et inserviendi promptitudinem ad conciliandum eiusmodi matrimonium S. Reginali Maiestati Vestrae declararem. Quapropter non videtur convenire haec ipsa negotia Serenissimo Regi, dum adhuc in parte altera dubia et incerta sunt, significare, aut studiosius aliquid de bonis bonorumve conditione inquirere, nisi prius animum ipsius Ducis cognitum et certum et exploratum habeam, quid sibi placeat hoc connubium. Alioqui enim de his, quae posterius inquiri solent, initio me sollicitum esse graviter ferret, aut vicissim quaestiones movere ac de sponsae ipsius conditione, quantam dotem habeat et similia, pervestigare posset.

Itaque immaturae istae quaestiones suo et commodiori tempore relinquendae sunt. Dabo autem operam, ut nunc tandem, explicata mente Serenissimi Regis Vestraeque Maiestatis voluntate cognita, illud ipsum eodem modo apud Ducem Ioannem, pro mea persona ac propria motione, primo quoque tempore et commoditate perquiram atque Illustritatis Suae mentem totam explorem. Quo facto non praetermittam Serenissimo Regi aut Maiestati Vestrae Reginali, quicquid tandem comperero, omni mora postposita confestim perscribere. Quare ut hanc interim dilationem et moram Maiestas Vestra clementer ferat, etiam atque etiam obnix oro. Neque existimet me hac in re quicquam laboris, studii aut diligentiae intermissurum, sive affinitatem cum Duce pluris facturum, quam arctam illam sanguinis cum Maiestate Vestra coniunctionem, quam maximi semper et feci

et faciam, ut Maiestas Vestra amici et coniunctissimi Principis officia experiatur.

Ceterum quod S. Reginalis Vestra Maiestas de filio Regis Daniae¹⁾, cuius etiam apud me facta est mentio, percunctatur, eius aetatem et quot annos habeat, exacte non teneo. Nisi tamen me fallit animus, iunior mihi videtur, quam ut de matrimonio cogitet. Habet autem et Dux Ioannes Holstiae fratrem adhuc germanum superstitem, Adolphum nuncupatum, qui modo aulam Caesareae Maiestatis sequitur, uterque tamen suis et separatis bonis et possessionibus utitur. Quae omnia S. Reginali Maiestati Vestrae ad literas eiusdem respondenda et significanda duxi. Quam porro Christo omnipotenti cum Serenissimis Reginulis salvam, incolumem et felicem conservandam committo. Ex Nova Domo 1 Maii.

Relatio Cancellarii.
Constantinus Syl[vius].

1) *Christianus III rex Daniae duos habuit filios: Fridericum (n. 1534) et Ioannem (n. 1545).*

N. 3604.

S.l., 2.V.1551.

*Albertus dux in Prussia
Bernardus Pretwicz, capitaneo Barensi,
notum facit Annam Odrowąz prorogationem solutionis residuae pecuniae sibi
adhuc debitae per nuntium e se petiisse; nova, praesertim de Turcis et ex
Hungaria, sibi scribi petit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 112-112v.*

N. 3605.

Neuhausen, 8.V.1551.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Bojanowski, secretario regio,
excusat se, quod per multitudinem negotiorum manu propria non rescripserit;
de «propagatione veritatis evangelicae» in Polonia gaudet; incommoda
Regni in melius mutari optat; missionem legati reginae Bonae miram sibi
videri asserit; consilium eius se invisendi probat; Magdeburgenses obsessi
unde auxilium sperent, se ignorare fatetur.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 186-189.*

Stanislao Bojanowski, VIII Maii.
Scribit de statu Polonico agitque gratias de variis rebus ad Celsitudinem Suam scriptis etc.

Nobilis et Generose, singulariter nobis dilecte.

Allatae nobis sunt Generositatis Vestrae literae, Cracoviae X Aprilis datae, quibus lectis longa serie status istic vestri conditionem intelleximus. Quorum omnium repetitionem ut supervacaneam censemus, ita perquam grata nobis eorum^{a)} communicatio accidit, ut intermissuri non simus, si quando se commoda obtulerit occasio, quin hunc Generositatis Vestrae in nos propendentem affectum clementer vicissim demereamur. In primis autem excusati Generositati Vestrae esse cupimus, quod manu propria non rescripserimus, siquidem id per multitudinem negotiorum praestare nobis non licuit.

De statu vero incliti istius Regni, luculenter et prolixè ad nos scripto, aliud ferre iudicium non possumus, quam quod ea, quae optima sunt et salutem Reipublicae foveant, maxime nobis probentur, praecipue autem quae Generositas Vestra de propagatione veritatis evangelicae et incremento apud nonnullos sincerioris doctrinae Christi scribit, ea sane ut auditu nobis periucunda fuere, ita eum, cuius et honor et gloria in hoc agitur, ardentissimis votis flagitare non intermittimus, ut non modo hanc salutis nostrae agnitionem istic apud vos et ubique locorum serpere, sed indies vires sumere, Spiritu Sancto in multorum corda misso, clementer efficiat, tandem naviculam hanc Ecclesiae suae in mediis fluctibus hinc inde iactatam, ventorum turbine sedato, conservet protegatque.

Econtra vero incommoda Regni et statum optimum turbantia dolenter ferimus. Ac non minore animi propensione ea ipsa in melius mutari et perniciosae quaeque tolli e medio optamus, speramusque una cum Generositae Vestra, temporis huius iniquitate nonnihil mitigata, aliquando meliora et magis salutaria. Multorum animos bene nobis velle, id nobis gratum est cognitu. Nos quidem, cum hactenus candido pectore omnia incliti eius Regni membra prosequuti simus, ne nunc quidem aliud quam mutuam benevolentiam ali nihilque minus ac occasionem dissidii [et] diversitatis praeberi cupimus.

Quid sibi missio legati Reginae Bonae¹⁾ velit, divinare non possumus, licet nostro iudicio mira appareat, et tamen frustra susceptam non existimamus. Faxit Deus, ut multum frugis et commodi ferat.

Teneri Generositatem Vestram desiderio invisendi nos circa tempus autumnale, in eo votum et propositum Generositatis Vestrae confirmari optamus, siquidem illud nobis longe foret gratissimum. Quod Generositas Vestra scire cupit, utrum omnes etiam literae, quas nobis scribit, ad nos perferantur, speramus ita fieri, nec interceptas aut intercidissee aliquas suspicamus. Ante has ipsas enim, quibus nunc respondimus, binas paulo ante accepimus. Quarum alteris petitur, ne scripta Generositatis Vestrae in aliorum manus pervenire sinamus, quod cum periculo Generositatis Vestrae sit coniunctum, inde si quid emanet. De eo Generositas Vestra sollicita non sit. Nos enim, ut recte et caute agatur, curabimus literasque eiusdem ipsi asservabimus. Mandabimus quoque, ut absente Generositae Vestra literae nostrae in eum, quem Generositas Vestra vult locum, Cracoviae tradantur.

Quod Generositas Vestra Magdeburgenses obsidionem adhuc ferre scribit, seque mirari, qualenam auxilium et subsidium sperent, id nos unde quidve expectent prorsus ignoramus. Illud autem de ipsis praedicari audivimus, quod in Deo omnipotenti, supremo adiutore et opitulatore^{b)} omnem spem collocatam habeant. Qui ut eos suo tempore idoneis rationibus liberet et pacem constituat, etiam atque etiam optamus. Ceterum clementer a Generositae Vestra contendimus, ut, quemadmodum facit, nos de statu

istic rerum omnium, et si quae praeterea scitu digna cognoverit, porro – quantum licet – certiores reddere pergat. Daturi enim sumus operam, ut gratitudinem vicissim nostram aliquando experiatur. Interim autem Generositatem Vestram optime valere percupimus. Datae e Nova^{c)} Domo.

Relatio Cancellarii.

A[ndreas] M[untzer]

a) in ms. earum

b) in ms. opitulare

c) in ms. Novo

1) Lasocki (v. El. XXXI, NN. 515, 517), a regina Bona ad regem missus.

N. 3606.

E Regio Monte, 8.V.1551.

Albertus dux in Prussia

Ludovico Montio Mutinensi

excusationem eius de longiore in scribendis litteris intervallo acceptat; pro communicatis novitatibus gratias agit et in posterum cognitu digna sibi scribi petit.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 189.

Ludovico Montio, VIII Maii.

Ex literis Generositatis Vestrae, IIII Aprilis Cracoviae datis, intelleximus, quomodo eadem a scribendi officio, impredientibus regiis negotiis et profectione, cessarit. Quam nos excusationem, uti satis idoneam et sufficientem, benigne admittimus, non dubitantes Generositatem Vestram data opportunitate, quicquid omissum fuit, literarum sedulitate, qua nobis gratius accidere quid potest? compensaturam. Habemus autem Generositati Vestrae gratias, quas debemus maximas, pro communicatis istis ex Italia et Galliis novitatibus, de Turcorum item conatibus et quae iis adiuncta fuerent, clementer petentes, Generositas Vestra, si quid amplius cognitione dignum iis in locis aliisve acciderit, nobis significare non gravetur. Hoc nobis ita gratum erit, ut nostra olim benevolentia compensaturi simus. Interim Generositatem Vestram bene valere percupimus. Datae Regio Monte.

C[onstantinus] S[ylvius].

N. 3607.

Neuhausen, 8.V.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrielis Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

negotiis suis a rege, aliis negotiis occupato, ad aliud commodius tempus reiectis, contentum se esse asserit; de regis erga verbum divinum animo propenso gaudet et exoptat, ut nova confessio in toto Regno plantetur et propagetur; pro diligentia, in promovendo sui annui stipendii negotio adhibita, gratias agit, nuntiat tamen eiusmodi stipendium nondum sibi numeratum esse; negotium civitatis Liebstadt iterum commendat.

Cfr. El. XLIII, N. 92.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 112v-114.

An Gabriel Therlae, den 8 May 51 anno.

Ernvhester, lieber, besonder.

Uns ist euer schreyben, des datum stehet Crakaw den 9 Aprilis, zu-
khommen. Verstehen erstlichen daraus, welcher gestalth ir unserm schrey-
ben nach mit ko.mt., unserm gnedigsten hern und freuntlichen lieben
oheimen, etzlicher hendel halben geredet, aber wegen vieler obliegenden
verhinderlichen geschefte zum theil auf eine bequemere zeith verschoben,
samt fernerm anhang. Dessen alles thun wir uns euere person gnedig-
lichen bedancken, seindt auch mit gemelthem aufschub zufrieden.

Als ir dann neben solchem anhenget, welcher gestalt ir der ko.mt.
hochgenant hertz und gemuth in dem gottlichen und seligmachenden
worth recht und wol gegründet wisset, und wess gescheen der zeit zuzu-
messen, das ist uns warlich von irer mt. zu horen gantz erfreulich gewesen,
hinwiderumb aber gantz leid, das mann sich mehr der zeith dann Gott
bekuemet, so doch ahn eynem mehr als dem andern gelegen. Wunschen
abera^{a)}, das ire ko.mt. nicht allein fur ire person in solchem bekentnus
bestendigk verharre und durch verleyhung gottlicher gnaden teglich darin-
nen zunheme, sunder das auch ire mt. irem von Gott schuldigem tragen-
dem ampt nach dasselbe in irem reiche pflantze und erbreitere, und also
die zale der christen gross machen helfe, wie wir dann mit unserm sund-
haftthen gebeth zu dem lieben Goth hierumb embsiglichen rufen, auch
entlich gewiss erhor zu erlangen nit zweifeln. Das ir aber von diesem und
anderm mit uns mundliche underredung gehofft, was der zugk zu Littauen
nitt verhindert, solchs wehre uns fast lieb gewesen. Wollen aber mit euch
hoffen, der liebe Gott nachmals solchs verleyhen und schicken werde.

Wir bedancken uns auch gutter befurderung bey ko.mt. unsers jherli-
chen dienstgelder halben. Mogen euch aber nit pergen, das wir neben uber-
schickunge des ko. schreybens solchs beyem hern schatzmeister zu Marien-
bergk^{z)} 1) fundern lassen, haben es aber nach zur zeit nitt bekommen kon-
nen, wollen uns aber vorhin zu forderung desselben euerm schreyben
bequemen.

In gleichem ist uns die mittheilung, unserer g. frauen, der althen koni-
gin²⁾, beschickung und botschaft betreffende, zu danck bescheen, können
aber, was damit gemeint, nit wissen. Der liebe Goth verley, das es zu allem
guten gereiche.

Letzlich vorstehen wir, wess ir von ko.mt. die versetzung unsers stedt-
leins Liebstadt angehend zu anthwort erlangt, nemblich das ire ko.mt.
ohne etzlicher rethe vorwissen darin zu consentiren bedencklich gefiele,
doch mith gnedigem angehaufftem erbithen, wo es uns leidlich, wolthe ir
mt. solchs ahn die rethe gelangen lassen und fur ir person auch gnedig-
lichen stimmen helfen. Nun erachten wir bey uns, das ir ko.mt. nicht allein
diess, sonder auch ein mehres ahne der rethe vorbewust wol thuelich,
anmerckende, das es die vortrege irer ko.mt. ohne meldung eyniges der
rethe consens zulassen und zu seiner ko.mt. willen allein stellen. So be-
geren wir demnach in gnaden, ir wollet nachmals ire ko.mt. ditzfals von
unsertwegen in underthenigkeit ersuchen und solchen handel bey irer mt.
auf diess mass fordern, ire mt. wolte uns zu g[nade]n diese beyliegende
gestalthe confirmation unterschreyben und mit irem daumringe besiegeln,
domit weren wir gnugsam und wol zufrieden, der underthenigen zuver-
sicht, ir mt. werden uns ein solchs nitt abschlahen. Das wehren wir umb
ire mt. mit geburender underthenigkeit zu verdienen erbuttigk. Do es aber
aufs allereuserste jhe nicht anders sein konthe ader mochte, dan das es zu
berathen, so wollet dohin arbeythen, das ir ko.mt. uns zu g[nade]n in

geheimb mit etzlichen verthrawsten rethen alleine vortrawlichen davon reden und uns in deme gnedigsten willen erzeygen wolte. Euch in dem fahl unserer gnedigen zuvorsicht also wilferiger furderung erzeygen, seindt wir gegen euer person widderumb mit g[nade]n abzunehmen gewogen, gnediglich begerend, uns oftmals durch euer schreyben zu ersuchen und, soviel zimlich, wie alle sachen derorth gelegen, mitzutheilen. Gereicht uns zu angenehmen danckbarlichen gefallen. Und wolthen euch auf euer schreyben in anthwort nit pergen. Datum Newhauss den, ut supra.

a) *suprascriptum*.

z) *sic in ms.*

1) Stanislaus Kostka, *pal. Culmensis, thesaurus terrarum Prussiae et Marienburgensis*.

2) *regina Bona*.

Ex relatione Cancellarii.
Andreas Muntzer.

N. 3608.

E Regio Monte, 14.V.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

rogat, ut causam inter heredes Lucae Ketting, civis Gedanensis, et Gertrudem Hermensdorff, subditam suam viduam, ad futura Regni Comitia remittere velit.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 518.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 191-192.

N. 3609.

S.l., 15.V.1551.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Jurborgensi [Andreae Patrykowski]

nuntiat se capitaneis suis Insterburgensi et Ragnetensi mandasse, ut statuto die cum eo convenirent et de controversiis utrinque componendis tractarent, et addit capitaneum Insterburgensem, nunc aegrotantem, vice sua mandatarios suos illuc missurum esse.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 114-114v.

N. 3610.

S.l., 26.V.1551.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,

de 200 bobus ante festa Pentecostes sibi mittendis.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 115.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

accepto nuntio de morte uxoris regis, rogat, ut nomine suo regem consoletur et ad patientiam hortetur; suadet, ut oblata commodiore occasione, regi persuadere conetur, ut pro bono rei publicae de virgine aliqua regiae vel ducalis stirpis in matrimonium ducenda cogitet; litteras ad reginam Isabellam adiungit et rogat, ut data occasione eas ad illam transmittendas curet.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 115v-116v.

An Gabrieln Therla, den 26 May 51.

Nachdem uns diese botschaft vorgefallen, haben wir nitt underlassen mogen, euch mit eynem brifflein zu ersuchen, und mogen euch hiemit nicht pergen, das beyleuftig ahn uns gelanget, wie der ko.mt. zu Polan, unsers gnedigsten hern und freuntlichen lieben oheimen, geliebte gemahl¹⁾ durch schickung des lieben Gottes seliglich vorschieden und von diesem zerjauglichen leben durch den todt abgefordert sein solle. Wiewol wir nun eygentlich und gewiss solchs aus den ursachen zu glauben bedencken, weil es uns weder durch hochgenante ko.mt. noch euch vermeldet worden, so müssen wir doch solchem geschrey fast darumb glauben beymessen, das ir hiebevorn uns geschrieben, auch sonsten offte bisher beykhommen, wie hochernanthe konigin sehr mit leibes schwacheit befallen gewesen. Do nun dem also, und ire ko.mt. todts abgangen, können wir bey uns woll abnehmen, das unser gnedigster her und freuntlicher lieber oheim, die ko.mt., darob nicht wenig schmerzen, betrubnuss und trauren haben werde, in bedacht der lieb und verwandtnus, die ire ko.mt. beyde gegeneinander getragen. Dieweil aber dieser fahl nitt widerbrenghlich und alle menschen eynmhal der weld absterben müssen, so begeren wir ahn euch gnedigst, ir wollet hochgenante ko.mt. von unserntwegen zum vleissigsten und euer bescheidenheit nach mit besten trosten und zur gedult, auch das sie sich in diesem fal gottlichem willen underwerfen und seyner almechtigkeit, nachdem es dieselb also geordent, und dero in keynem wege wider zu streben, sein wil, stadt und raum geben wolle, vermhanen.

Seynthemal auch der Chron Polan, do die ko.mt. ohne leibes absteigende erben abginge, nicht wenig geferligkeit und beschwer zu besorgen, hinwider aber, do ir ko.mt. leybeserben uberkuemen, sehr furtreglich und zur auferung und besten gereichen wurde, so wollet zu bester gelegenheit und mit geburenden persuasionibus (wie ir dann dess euer geschicklicheit nach wol zu thun wissen werdet) vermhanen helfen, dass ir ko.mt. in bedacht, wess der Chron Polan daran gelegen, mit der zeit ferner dahin dencken wold, wie sie, hindangestzt alle traurigkeit und bekomernuss, irem konigreich, landen und leuthen zum besten sich widderumb mit eynem konig[lichen] ader furstlichen freulein verheirathen und mit derselben nach Gottes gnedigem willen und verleyhung (darumb wir dan seine gottliche almechtigkeit mit embsigen seufften bithen und flehen) leibserben bekhommen mogen. Nachdem wollet uns auch der ko.mt., als unserm gnedigsten hern und geliebthen oheimen, mit bestem und in treuen bevhehlen, und das sie unser gnedigster her und konig sein wolthen, bithen; mit anhaft, do wir derselben in allem immer erheblichen, wess das sein mag,

dienen konthen, das wir es nun gerne und mit willen, als der treue lhensfurst und blutsfreundt, thun wolthen.

Hieneben begeren wir gnedigst, ir wollet unbeschwert sein, beyligenden briff ahn die konigin Isabella, wann die ko.mt. ahn dieselb schicken werden, gewiss zufertigen, auch beyligend unser schreyben dem Schilling²⁾ zun handen bestellen. Das seindt wir umb euch etc.

Ex commissione Cancellarii
Princeps audivit.
Hen. Stend[rich].

1) *regina Barbara* (†8.V.1551).

2) *Christophorus Schilling, mercator Cracoviensis.*

N. 3612.

S.l., 26.V.1551.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,
iterum rogat, ut libros Francisci Stancari [Pinczoviae apud Nicolaum Oleśnicki relictos] secreto, cum cura et cautela in Regium Montem quam citissime transvehendos curet (cfr. N. 3602).*

(Schedula: Litteras ad Nicolaum Oleśnicki de eadem re transmittit).

Cfr. El. XLV, N. 95.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 116v-117v.

An Hansen Wunsam, den 26 May 51.

Ersamer, lieber, besonder.

Wir zweifeln gar nit, ir werdet unser schreyben, den 26 Aprilis jungst datirt, bekhommen, und wess wir auch von euer person der bucher halben, so wir von dem achtbaren und hochgelarthen, unserm lieben getreuen doctori Francisco Stancaro, ahn uns bracht, gnediglichen begeret, zur gnuge eingehommen und verstanden haben. Weil wir aber solche bucher ehr besser und wolverwart zu unsern handen gebracht gern wissen wolthen, so ist unser gantz gnediges begeren, ir wollet lauts vorigen unsers schreybens mit allem fleiss, doch in geheime, und mit bescheidenheit zum furderlichsten daran sein, domit die bucher auf den wegk gebracht, auch imandts, so bey dem kasten bleibe und darauf schadens und fahr halben gut acht gebe, verordnet, darob dieselben wolverwarth und zum schleunigsten als thunlich ahn uns gelangen mugen, hierin ahn ewerm fleiss nichts mangeln lassen. Solchs gereicht uns etc.

Cedula

Wir haben auch gegenwertigem unserm diener bevholen, bey denselben buchern zu bleiben und sie mit sich alher zu bringen. Und uberschicken euch auch hiebeiligit nach ein schreyben ahn her Nicolaum Olesnitzki von d. Francisco Stancaro, welchs ir ahn geburenden orth zu fertigen, uff das jhe die bucher gefolget und derhalben nicht mangel sein dorffe. Des

wolthen wir euch gnedigst nicht bergen, abermals gnedigst begerende, ir wolleth daran seyn, domit die bucher so bald moglich und ehr besser ahn uns zu gelangen. Seindt wir neben erstathung des furlohns und andern unkosten in gnaden zu erkennen erbuttigk etc.

Ex commissione Principis propria
Greger Schultz.

N. 3613.

E Regio Monte, 27.V.1551.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Ioanne Brinck Livoniensi, ab episcopo Osiliensi in Livonia [Reinholdo a Buxhövdén] magna iniuria affecto et omnibus possessionibus suis eiecto, intercedit et rogat, ut ipsi, ad regem se conferre cupienti, litteras salvi conductus concedat et ad possessiones suas recuperandas auxilio esse velit.
(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 197-198.

N. 3614.

E Regio Monte, 27.V.1551.

Albertus dux in Prussia
Isabellae reginae Hungariae
de rariore litterarum scriptione se excusat; rogat, ut de suis et filii successibus se certiores reddat; Franciscum Stancarum, «propter professionem evangelicam exulem», ad intercessionem eius iam a se receptum esse nuntiat.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 193-194.

Ad Isabellam Ungariae Reginam, 27 Maii.

Excusat se, quod rarius scripserit, et petit, ut Celsitudini Suae statum suum et filii sui significet. Stancarum sibi commendatum esse.

Serenissima Regina, Domina et Consanguinea Charissima.

Aliquoties optavimus nobis certum aliquem nuntium contingere, per quem S. Reginalem Vestram Maiestatem literis nostris inviseremus ac de statu eiusdem certiores redderemur. Ac cum per loci distantiam in hoc voti compotes hactenus facti non fuerimus, verum etiam si quando ita per occasionem ad S. Reginalem Vestram Maiestatem scripsimus, litteras nostras ex eo, quod nihil nobis ad eas responsum sit, intercidissee vereamur, cum et nuntium nostrum, non ita pridem istuc missum, vacuum literis ad nos rediisse meminerimus, quo fit, ut studium benevolentiamque nostram testari impediti fuerimus, peramice itaque petimus, ut nos hac ex parte excusatos habeat. Quandoquidem autem de S. Reginalis Vestrae Maiestatis eiusque Serenissimi filii¹⁾ rerum omnium successu maximo tenemur cognoscendi desiderio, gratum nobis erit, ubi eius per S. Reginalem Vestram Maiestatem certiores facti fuerimus, ut rebus S. Reginalis Vestrae

Maiestatis secundis gratulari, adversis vero condolere possimus, praecipue autem cum ad nos varia de hostili istic locorum impressione ferantur, quibus tamen indubitata a nobis fides habita non est. Idcirco, statum nobis rerum omnium ut communicet, amice flagitamus.

Ceterum cum S. Reginalis Vestra Maiestas nobis optimum virum Franciscum Stancarum, propter professionem evangelicam exulem, non ita pridem literis suis commendasset, moti et S. Reginalis Vestrae Maiestatis intercessione et ipsius boni quoque viri exhaustis miseriis, liberum ei fecimus, ut se huc ad nos reciperet. Cui quicquid gratiae nomine S. Reginalis Vestrae Maiestatis exhibere poterimus, nihil desiderari in nobis sinemus. Significamus autem S. Reginali Vestrae Maiestati illud ea de causa, ut si quid ad eum scribere volet, locum, ubi sit cognosceret. Quod superest, optamus S. Reginalem Vestram Maiestatem una cum Serenissimo filio suo diu salvam et incolumem esse, quae quo crebrius nos suis inviserit literis, eo nobis fecerit gratius. Nos vicissim, pro arcta consanguinitatis necessitudine, nihil in nobis amicorum studiorum desiderari patiemur. Datae Regio Monte, ut supra.

A[ndreas] M[untzer].

1) *Ioannes Sigismundus.*

N. 3615.

E Regio Monte, 27.V.1551.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Bojanowski, secretario regio,

de «malo illo intestini odii et turbarum in Regno nondum sopito» dolet; fama de morte reginae Barbarae sparsa, rogat, ut de vero statu valetudinis eius se edoceat; Ioannis Bamberger sibi commendati iustam rationem habere promittit.

Cfr. El. XXXIX, NN. 1286, 1292.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 194-195.

Stanislao Boianowski, XXVII Maii.

Agit gratias, quod de statu Polonico scripserit, petitque, ut de valetudine aut conditione Reginae Poloniae certi aliquid scribat;

Ioannis Bambergers negotium sibi commendatum habebit.

Nobilis et Generose, sincere nobis dilecte.

Ex literis, quas Generositas Vestra proxime ad nos dedit, de statu incliti Regni Poloniae rerumque aliarum certiores sumus facti. In quo ut studium Generositatis Vestrae nobis summopere probatur, ita dolenter sane accipimus malum illud intestini odii et turbarum in Regno nondum sopitum esse, sed adhuc serpere et recrudescere nonnihil. In quo equidem nihil aequè optamus, quam ut divina favente gratia, quicquid est acerbitatis, tandem in optatum deducatur finem ac pacata reddantur omnia. Novi hic apud nos nihil est, quam quod constans fama fertur de morte Reginae Poloniae¹⁾, cui ex eo certa a nobis fides haberi nequit, quod de hac re nihil nobis S. Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, aut Generositas Vestra scripserit. Itaque clementer contendimus, ut eius nos certiores red-

dat. Ac si ita factorum ordine S. Reginalis Maiestas expiraverit, ex quo casu S. Regiam Maiestatem non dubitamus maerore affici, cupimus per Generositatem Vestram Eius Maiestatem nostro nomine solari, quandoquidem isti casus fatales sunt, ut eos transilire nemini hominum liceat, ea etiam moderatiore animo haec Maiestatem Eius laturam esse minime nos dubitare, quemadmodum Generositas Vestra pro sua industria ista amplificatura est. Sin vero Eius S. Reginalis Maiestas adhuc in vivis est, clementer petimus, ut Generositas Vestra statum valetudinis Maiestatis Eius nobis comunicet.

Porro ex literis Generositatis Vestrae cognovimus intercessionem, qua pro subdito nostro Ioanne Bamberger utitur. Nos etsi eum iustam querendi causam habere non existimemus, dabitur tamen a nobis opera, ut eius aequa habeatur ratio, quandoquidem neminem iniuste praegravari volumus. Quod superest, Generositatem Vestram optime valere optamus ac suis ut saepius nos invisat literis, cupimus. Datae Regio Monte.

A[ndreas] M[untzer].

1) *regina Barbara 8.V.1551 re vera mortua est.*

N. 3616.

E Regio Monte, 27.V.1551.

Albertus dux in Prussia

palatino Lanciciensi [Nicolao Jarand Brudzewski]

petenti ei tempus sibi iterum assignari, quo negotium, quod cum subdito suo Alberto Finck ei intercedit, prosequi possit, respondet, cum ad dictum iam in hac causa diem ex parte eius coram iudicio Hohensteinensi nemo comparuerit, sibimet ipsi culpam imputet, si negotium nimis protractum sit; liberum tamen ei facit, ut diem non nimis angustum sibi significet, quo subditum suum iterum in ius vocandum censeat.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1287.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 196.

N. 3617.

E Regio Monte, 27.V.1551.

Albertus dux in Prussia

reginae Poloniae curiae magistro [Georgio Jeżowski]

respondet, cur intercessioni eius pro Erasmo Wykowski factae morem gerere non possit.

Cfr. El. XXXIX, N. 1294.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 198-199 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 117v-118, cum dato: 28.V.1551).

Ad Reginalis Maiestatis Curiae Magistrum, XXVII Maii.

Scribit, cur eius intercessioni locum dare non possit.

Magnifice ac Generose, singulariter nobis dilecte.

Intelleximus ex literis Magnificentiae Vestrae^{a)} intercessionem eiusdem, quam pro necessario suo Erasmo Vikofski apud nos interponit. Hunc cum (ita ab aliis edocta) sperat non insidiatum feris, sed defendendi sui gratia more viatorio bombardam gestasse, non impugnamus quidem ita relatum ad Magnificentiam Vestram esse. Verum latere eam nolumus rem nos multo aliter compertam habere, ita ut cum sodalicio suo in locis silvestribus non quasi aliquo iter facturus, sed ita instructus, quales eos, qui feras sectantur, decet, inventus fuerit. Accedit et illud, quod relatum ad nos est eum vere maiorum suorum vestigiis ingredi, quippe quod et illi id vitae genus duxerint ac tempore praedecessorum nostrorum in silvis Ducatus huius feras bombardam iaculati, surrepticie abduxerint. Quandoquidem autem annis superioribus cum S. Regia Maiestate Poloniae, Domino nostro clementissimo et consobrino charissimo, ita convenimus, ut quicumque in alterutrius partis silvis, ubi ferarum lustra sunt, bombardam gestans inventus fuerit, statim ex arbore suspenderetur, hac lege cum in dictum Vikofski animadvertere potuissemus, dedimus tamen id intercessionem consanguineorum suorum, ut vita donetur, verum ad certas conditiones, quas Capitaneo nostro Johansburgensi scripsimus. Qui porro ad instantiam dictorum propinquorum mandata illis nostra exponet. Haec Magnificentiae Vestrae, cui in omnibus licitis, quoad fieri potest, clementer gratificari cupimus, rescribenda duximus. Quae bene valeat. Datae Regio Monte.

A[ndreas] M[untzer].

a) in textu Germanico: euer schreyben, zu
Warsaw den 20 May datirt

N. 3618.

S.l., s.d., V.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

pro Augustino Feierabent, subdito suo, intercedit, ut lignorum ei ablatorum nomine aliquam recompensam in silva sua reginali, quam coloni de die in die arboribus spoliant easque in ignem mittunt, ei concedere velit.

(Latine)

Ostrp. Fol., vol. 54, ff. 199-200.

N. 3619.

Balga, 3.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

palatino Plocensi [Felici Srzeński]

pro gratulatione de filia sibi nata gratias agit; de negotio matrimoniali reginularum Poloniae respondet sibi non licere aliquid enuntiare eorum, quae a

rege vel regina secum communicata sint, et rogat, ut se hoc nomine excusatum habeat.

Cfr. El. XXXIX, N. 1296.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 200-202.

Palatino Plocensi, III Iunii.

Agit gratias de congratulatione natae filiae et excusat se, quod consilia matrimonialia, sibi a Serenissimo Rege et Regina concredita, divulgare aut eius Magnificentiae aperire non integrum sit.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generosae, singulariter nobis dilecte.

Magnificentiae Vestrae literas, ex Srzentzka sub festum Corporis Christi datas, secundo die Iunii accepimus, ex quibus Magnificentiam Vestram magno affectam gaudio cognovimus, quod desideratam ex coniuge nostra¹⁾ prolem²⁾ suscepimus, addita gratulatione et precatione felicitatis et incolumitatis diuturnae tam nobis, quam ipsi etiam matri ac filiulae. Unde Magnificentiae Vestrae animum benevolum, propensum et amicum, quem iam inde multis argumentis perspectum habuimus, facile colligimus. Qua de re magnas merito Magnificentiae Vestrae habemus gratias, cui vicissim omnia prospera, salubria et iucunda optamus. Faxit autem Deus Optimus Maximus, ut pro voto Magnificentiae Vestrae nostra recens nata filiola multos in annos incolumis et fortunata non solum ad incrementum et salutem inclyti Regni Poloniae nostrique huius Ducatus et subditorum nostrorum, verum ad honorem in primis divini nominis amplificandum, uti nos quoque vota indies facimus, conservetur.

Quod alterum negotium de matrimoniois Serenissimarum Reginularum attinet, facile equidem credimus Serenissimam Reginam, Dominam et affinem nostram clementissimam, Magnificentiae Vestrae, uti intimo et fidelissimo eiusdem consiliario, aliquid retulisse. Cur enim Maiestas Eius Reginalis haec negotia cum suis intimis non communicaret, quibus alia omnia his longe graviora maioris momenti concredit? Nobis autem non licere ullo modo statuimus aliis enuntiare ea, quae cum Serenissimo Rege nostro vel cum Maiestate Reginali secreto agimus et quae ipsae Regiae Maiestates nobis clam communicant. Quod hercle fideliter usque huc fecimus atque praestitimus, officio nostro et fide ita prorsus exigente, ne quid a nobis earum rerum, quae vel concredita nobis sunt, vel in consilio angusto ad nos devolutae, effluat. Quapropter Magnificentiam Vestram etiam atque etiam vehementer petimus ac pro amicitia nostra postulamus, velit nos excusatos habere. Quod de eo vero Magnificentia Vestra Ducem Holsatiae³⁾ apud Regias Maiestates commendatum reddidit, gratias magnas eidem habemus, idque porro Magnificentia Vestra facere non desinat, magnopere rogamus. Factura Eius Illustritati rem non minus quam nobis gratissimam. Quibuscumque etiam in rebus Magnificentiae Vestrae gratificari vicissim possumus, dabimus operam, ut nostram benignitatem, uti decet ac par est, experiatur. Quam interim felicissime valere cupimus. Datae ex arce nostra Balga etc.

Relatio Cancellarii.
C[onstantinus] Syl[vius].

1) Anna Maria.

2) Elisabeth (n. 20.V.1551).

3) Ioannes.

N. 3620.

E Regio Monte, 7.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Andrae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, Sebastianum Gerlin, scribam praefecturae Iohannisburgensis, ad accipiendam patris sui demortui hereditatem Posnaniam proficiscentem, commendat. (Schedula: litteras manu propria scriptas per eundem servitorem suum mittit et rogat, ut per eum, negotio eius hereditario confecto, ad easdem litteras respondeat).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 202.

N. 3621.

E Regio Monte, 8.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Bojanowski, secretario regio, oblata occasione nuntii Cracoviam euntis, salutem dicit et rogat, ut «de statu istic rerum omnium» se certiore reddat; nuntiat se Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi, mandasse, ut 100 florenos nomine suo ei numeraret.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 203-204.

N. 3622.

S.l., 9.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

consulibus Posnaniensibus

Sebastianum Gerlin, scribam praefecturae Iohannisburgensis, ad accipiendam patris sui hereditatem Posnaniam se conferentem, commendat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 118-118v.

N. 3623.

E Regio Monte, 10.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de negotio Pruthenico sententiam suam et consilium profert.

Cfr. El. XXXI, N. 520.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 204-205.

Regi Poloniae, X Iunii.

Scribit, quid sibi videatur porro in negotio Prutenico agendum esse.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Perquam mihi grata fuit communicatio responsi Imperatoriae Maiestatis¹⁾ et missio exempli literarum, ad Serenissimum Romanorum Regem²⁾ scriptarum. Hinc cum intellexerim, quo in statu negotium Maiestatis Vestrae, de terris suis Prussiae agens, vertatur, vellem equidem me non minus posse, quam ut pro debita mea fide et subiectione Maiestati Vestrae debeo, consilium ad hoc meum quaecumque conferre, nisi res tam arduae captum intellectus mei excederent. Ut tamen aliquid afferam, videtur id nunc Maiestati Vestrae maturius factu opus fore. Quandoquidem Serenissimus Romanorum Rex rogatus est ab Imperatoria Maiestate, ut Eius Maiestatis nomine cum Magistro Ordinis Teutonici³⁾ agat de suspensione banni ad tempus, quoad fieri poterit, longissimum, recte Maiestatem Vestram nunc sollicitaturam, ut Serenissima Eius Maiestas Romanorum eam actionem haud gravatim subeat, idque pro ea necessitudine, quae illi cum Maiestate Vestra intercedit. In quo si quid profectum ac dies amicabile in hoc actioni a Maiestate Eius dictus fuerit, tum quidem quid porro faciundum, eximio Maiestatis Vestrae consilio captum ingenii mei qualem-cumque addere non detrectabo. Minime autem dubito S. Regiae Maiestati Vestrae, etiam non facta eius a me mentione, ius illud, quod se habere in utrasque terras Prussiae aliquoties asseruit, illi ad manus iam esse, ut, si quando opus eo foret, in medium proferre possit. Eius si et mihi a Maiestate Vestra facta foret visendi copia, tum singulis diligenter pensitatis meam quoque rudem quidem, at sinceram et candidam sententiam officiosissime Maiestati Vestrae communicaturum me recipio idque consulturum, quod ex dignitate Maiestatis Vestrae inclitque Regni et terrarum suarum emolumento esse videbitur, siquidem me ad illud et fidei et observantiae debito obligatum agnosco. Vicissim autem et mihi de S. Regia Vestra Maiestate persuadeo, eam iuxta foedera et pacta me hac ex parte clementer defensuram esse. Haec habui, quae S. Regiae Vestrae Maiestati rescribenda ad postulata eiusdem esse putavi. Quam hisce et felicissime et optime valere percipio. Datae Regio Monte.

A[ndreas] M[untzer].

1) *Carolus V.*

2) *Ferdinandus I.*

3) *Volfgangus Schutzbar.*

N. 3624.

E Regio Monte, 10.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Lucam David, artium magistrum et consiliarium suum, regem «hoc tristi et luctuoso tempore» [ob mortem scil. reginae Barbarae] nomine suo consolaturum, mittit et rogat, ut eum clementer audiat et indubitatam fidem ipsi adhibeat.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 523.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 205-206.

N. 3625.

E Regio Monte, [10.VI.1551].

Albertus dux in Prussia

Nicolao et Ioanni Radziwiłł, mutatis mutandis

Lucae David, artium magistro et consiliario suo, ad regem post mortem uxoris [reginae Barbarae] consolationis causa misso, se iniunxisse nuntiat, ut eum quoque «hoc tristi et luctuoso tempore... ob mortem Serenissimae Reginae ac dilectissimae sororis consolaretur», et rogat, ut ei fidem adhibeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 206-207.

N. 3626.

S.l., 10.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel

pro litteris 3.V. datis, quibus de negotio civitatis Liebstadt scripserat, gratias agit et rogat, ut et porro scitu digna sibi communicet.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 118v-119.

N. 3627.

S.l., 10.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,

pro nuntio de morte reginae Barbarae gratias agit et rogat, ut nomine suo regem consoletur; negotium civitatis Liebstadt iterum commendat; consentit, ut [propter annonae in Lithuania caritatem] equos suos Vilna Ragnetam mittat.

(Schedula: pro Ioanne Koch, iurium doctore).

Cfr. El. XLIII, NN. 93, 94, 95.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 119-120v.

An Gabrieln Therla, den 10 Junii anno etc. 51.

Wir haben numher von euch 2 schreyben, das erste den 11, das ander den 23 May datiret, eines durch den cum titulo her Zemen¹⁾, das ander durch eynen laufenden bothen mit eygner handt ahm 8 Junii bekhommen. Als ir uns dann in dem ersten von dem todlichen abgang der konigin²⁾ angezeigt, thun wir uns solcher anzeig gnedigst bedancken. Tragen aber mit der ko.mt. derhalben ein hohes mitleyden, furnemblichen darumb, ob sich villeicht seyne mt. menschlicher arth nach etwan alzu hoch in muhe begeben wolte, were uns solchs, so es geschicht, soviel desto schmerzlicher in bedacht, wess der loblichen Chron und allen umbwonenden ahn s.mt. gelegen. Begeren aber, wie auch zuvorn, ob ir dessen etzwas vormercken

wurdet, ir wollet ir mt. zum besten von unserntwegen trosten und seyn mt. dehm beleithen helfen, das sie sich gottlicher almechtigkeit willen underwerfen. Das aber seyne ko.mt. den todten corper nach der Wilna zu fuhren bedacht, muss man s.ko.mt. billich iren willen lassen, den lieben Gott bi-thende, das mit dem trauern die mas gehalten, darob s.ko.mt. nit ettwan beschwer daraus zugefugt etc.

Aus dem andern schreyben verstehen wir, wess ir wegen der Liebstadt gehandelt. Dafur seindt wir ihn allen gnaden danckbar und wollen ahn euerm fleiss ditzfals nicht zweifeln, nachmals begerend, ir wollet allen moglichen fleiss vorwenden, domit solcher handel dannest, soviel moglich, mochte gefordert werden. Und wiewol wir nicht unbedacht gewesen, euerm wolmeynendem rathe nach ditzfals ahn den undercantzlern zu schreyben, weil aber unsers achten und hoffens die sachen numher ir endtschaft haben solle, der cantzler sich auch gegen uns hochlich erbothen, so achten wirs numher unnottig.

Uber das haben wir noch 1 schreyben von euch, den 25 May datirt, etzliche tage fur den andern bey gegenwertigem ko.mt. diener bekommen, daraus wir fast das obgemelte vorstehen. Achten derwegen unnottigk, euch doppelt zu beanthworten. Wie ir aber in solchem schreyben anzeigt, das ihr villeicht aus ungelegenheit euer pferde^{a)} von der Wilna schicken wurdet müssen, ist uns nicht zuwider, das ir dieselben auf unser hauss Ragnit ordnet, so wollen wir unserm amptmann bevahlen lassen, dieselben zu notturt mit futter zu vorsehen, dann euch in mheren g[nedige]n willen zu erzeigen seindt wir geneigt.

Weil wir auch vermercken, ir euch gerne mit uns besehen woltet, seindt wir solchs gleichs fals zum hochsten geneigt, und wollen euer in allen gnaden erwarthen.

Hieneben thun wir euch beyligend, wess alhie von zeitungen verhanden und uns dieser tage zugeschriben, zuschicken, mit gnedigem begeren, ob bey euch auch etzwas furhanden, ir wollet uns daran, soviel zimlich, guttwillige mitteylung thun. Und bevahlen euch Gott etc. Datum.

Ex relatione secretarii
Hen. Stend[rich].

Cedula

Doneben fugen wir euch zu vornhemen, als sich die zeit, das die hochgeborne furstinne, unsere freuntliche hertzgeliebthe gemahl³⁾, irer freulichen burden entbunden hatt sollen werden⁴⁾, genahet, do hat irer liebden fraw mutter⁵⁾ zu erzeygung muterlichen liebe und trawe, weil dieselb eygener person alhie nitt sein konnen ahn irer l. pedt, zwen erbare frawen, welche in solchen nothen bey unserer geliebthen gemahl sein solthen, alhero geschickt, under welchen des achtbaren und hochgelerthen unsers besondern lieben Johann Kochs, der rechten doctors und hofrichters zu Munden, hausfraw eyne ist. Weil dann derselb doctor Johann Koch zu etzlicher seiner notturt gerne etzliche oxen aus der Cron Polan in Deuschland ahn sich bringen wolthe, so haben uns hohermelthe unsere geliebde fraw muther durch ir schrifthen, in gleichem unsere hertzliebe gemahl muntlich ersucht und gebethen, das wir bey ko.mt. zu Polann unsern etc. fleiss und und²⁾ anwenden wolthen, damit bemelther d. Johan Koch eine begnadigung uff 100 oxen, dieselb auf ein jhar zolfrey auszutreyben, erlangen mochte. Sinthema wir uns dan zu euer person aller guttwilligkeit, und das ir uns und den unsern gerne dienet, versehen, so ist ahn

euch unser gnediges sinnen und begeren, ir wollet allen moglichen fleiss anwenden und die ko.mt. zum hochsten unsernt halben ersuchen und bi-then, das sie umb unsernt und unserer geliebthen gemahl willen gedach-then d. Johan Koch 100 ochsen aus der Chron Polann off zukommenden ader diss jhar, welchs ime ahm gelegensten sein wirdt, zulfrey gestathen wolle. Das seindt wir in gnaden umb euch abzunehmen gewogen. Datum ut in literis etc.

Secretarius.

a) in margine.

z) sic in ms.

1) Achatius Czema, palatinus Marienburgensis.

2) Barbara († 8.V.1551).

3) Anna Maria.

4) Elisabeth, filia ducis Alberti, nata est 20.V.1551.

5) Elisabeth, marchionissa Brandenburgensis, 1. voto uxor Erici I ducis Brunsvicensis, 2. voto uxor Popponis comitis Hennebergensis.

N. 3628.

E Regio Monte, 12.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

episcopo Miednicensi [Venceslao Wierzbicki]

litterarum exhibitorem Iacobum, de supellectili quadam sibi furtim ablata conquerentem, commendat et rogat, ut ei permittat, quo «res sibi ablatas apud eos, quos suspectos habet, iure inquirere et inventas Reverendae Paternitatis Vestrae ope, auxilio et adiumento recuperare possit».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 207.

N. 3629.

S.l., 12.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,

vina prius missa usque ad autumnum proxime venturum sibi suffectura sperat et postulat, ut initio autumnus alia bona vina («etzliche gute frische wein, doneben auch etwas von gutten muscateller») sibi emi et mitti curet; petit praeterea, ut ex summa pecuniae, ad emenda vina iam ipsi numerata, 100 aureos Stanislao Bojanowski, aliquot equos sibi empturo, tradat.

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 94.

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 121.

N. 3630.

E Regio Monte, 13.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Iacobo Osmolski, teloneario Lublinensi,

pro auxilio, subdito suo, Alberto Russau, ad commendationem suam in conficiendis ex voto negotiis exhibito, gratias agit; petit, ut duos equos bonos, «quos vulgo walachos appellant», et unum gradarium in usum suum comparet; pretia boum sibi perscribi petit.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1304.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 208-209.

N. 3631.

E Regio Monte, 17.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Christophorum Ottendorff, subditum suum, commendat et petit, ut eum gratia et clementia regia ita iuvet, quo debitum suum ab Ioanne Rodunini sine mora consequatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 209.

N. 3632.

E Regio Monte, 18.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

subditum regium Matthiam Hein, civem Caunensem, negotium «cum quodam Andrea Napretzki ratione contractus inter utrumque initi» habentem, commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 210.

N. 3633.

E Regio Monte, 18.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

Matthiam Hein, civem Caunensem, commendat et rogat, ut ei in negotio, «quod illi cum tenentario Grodnicensi Andrea Napretzki intercedit ratione contractus cuiusdam super emptione siliginis initi», auctoritate reginali interposita, iustitia administretur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 211-212.

N. 3634.

E Regio Monte, 22.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Jabłoński

stipendii augmentum postulanti respondet se prioribus litteris suis ei declarasse, quibus de causis hoc praesertim tempore id ipsi praestare non possit, hortaturque eum, ut convento et ordinato stipendio porro etiam contentus sit.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1298.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 212.

N. 3635.

E Regio Monte, 23.VI.1551.

Albertus dux in Prussia

senatui Caunensi

Stephanum Friese, subditum suum, multos illic debitores habentem, commendat et petit, ut in exigendis et consequendis debitis suis eum iuvare velint.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 213.

N. 3636.

E Regio Monte, 5.VII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro impetranda imperialis banni suspensione quomodo agendum sit.

Cfr. El. XXXI, N. 520.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 251-258 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 129-132).

Regi Poloniae.

Diese copei ist ein zeitlang vorhalten wurden, ist den V Julii aussgangen, auch widder weggenommen.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Literas S. Regiae Vestrae Maiestatis una cum adiuncto Imperatoriae Maiestatis¹⁾ literarum exemplo et iis, quae per Reverendum Dominum Episcopum Culmensem²⁾, oratorem Maiestatis Vestrae, in negotio Prutenico acta et confecta sunt, ad me missis, ea qua par erat reverentia accepi, lectaque singula probe intellexi. Quorum omnium nomine meritae et habentur et aguntur a me Maiestati Vestrae gratiae.

Ac primo quidem, quod literarum Caesareae Maiestatis diversitatem attinet, distare eas nonnihil a prioribus facile animadverti potest. An vero ad dignitatem Maiestatis Vestrae faciant, nec iuri eiusdem aliquid detractum velint, Maiestatis id Vestrae prudentiae et iudicio de his cum consiliariis exactius conferendi relinquo. Quos diligenter examinatu singula

minime dubito, ne quid haec res, tamquam exilis, Maiestati Vestrae eiusque Regno maioris alicuius detrimenti occasionem praebeat. Ac transactionem quidem^{a)} amicam atque transactorem adductis a Maiestate Vestra de causis ut minime detrectandam existimo, ita non dubito S. Regiam Romanorum Maiestatem³⁾ omnem adhibituram diligentiam, nec quicquam componendae et transigendae huic causae intactum relicturam, ut, quod personam Maiestatis^{b)} eius attinet, non videam, si quid in dubium vocandum sit, nisi subesset aut sequeretur illud, quod Maiestas Vestra veretur. Meo autem iudicio hac caveri ratione id posse existimo, si Regia S. Vestra Maiestas angustum et definitum^{c)} consensum pro Maiestatis Vestrae atque Regni eiusdem parte ac eorum, quorum interest, quemadmodum ab Imperatoria Maiestate factitatum, in beneficium pacis et tranquillitatis publicae praeberet annecteretque, quousque eam experiri actionem velit, haecque omnia literis mandata oratoribus inter cetera responsionis traderet, ea tamen conditione adhibita, ne qua praeiudicandi iuribus incliti Maiestatis Vestrae Regni ansa praebeatur, neve arbiter ille ius aliquod^{d)} ferendae alicuius sententiae habeat. Hoc pacto, pro meo sane captu, videretur mihi amicabilem transactionem citra incommodum aliquod fore omnemque sententiae dicendae viam praecludi.

Actionem autem hanc hisce Romani Imperii Comitibus tractari posse ex eo impossibile esse iudico, quod angustia temporis S. Regiam Vestram Maiestatem praepeditam iri existimem, quominus eos, qui huic negotio tam arduo, in quo non parum inclito Poloniae Regno positum videtur, recte et utiliter adhibendi sunt, satis commode ablegare eo queat. Itaque praestaret, ut S. Regia Vestra Maiestas excusatione non minus honesta, decenti et gravi, qua et suspicione se omni liberaret et dignitati suae consuleret, uteretur ac tempus laxius [et] locum alium designari nihilominus peteret. Valde autem utile et opportunum fore, si S. Regia Vestra Maiestas eam temporis dilationem in spatium anni obtinere posset, ut eo rectius de singulis tractandis, consilium capiendi et cogitandi, ne quid praetermittatur aut negligatur, S. Regiae Vestrae Maiestati facultas detur. In quem vero locum transferenda haec actio esset, non usque adeo disceptandum puto, licet commodior haberi nequeat, quam si finitimus aut vicinus^{e)} Regno Poloniae assignaretur, quem S. Regiae Vestrae Maiestati deligendum relinquo.

Ad haec plurimum conferret, si de impetranda imperialis banni suspensione ad causae usque cognitionem et determinationem ageretur, ut vivere eo tutius et securius interea temporis ego et subditi mei possimus. Eius obtinendae si qua spes affulgeret, opus quoque deinceps foret literis salvi conductus, quarum vigore et autoritate eo liberiores et tutiores mei se ad diem dictum conferendi facultatem haberent. Is enim est Germaniae mos, ut nemo Principum Germanicorum, nec ipsorum legati, citra literarum fiduciae aut passuum testimonium, protectionem istic aliquam suscipere consueverint. Quod ad deliberationem S. Regiae Vestrae Maiestatis remitto, minime dubitans, id quod et peramice ac officiosissime oro, S. Regiam Vestram Maiestatem inclitumque Poloniae Regnum tam meas, qui et vasallus et sanguine Maiestati Vestrae iunctus sum Princeps, quam feudi huius ducalis subditorumque meorum partes clementer acturam parentisque sui felicitis recordationis exemplo protecturam defensuramque esse, praesertim cum id in foederibus et solemni literarum testimonio, denique crebris coram pollicitationibus praestitis liquide mihi debetur, ut non tam amicabilem transactionem, quam me meosque S. Regiae Vestrae Maiestati inclitoque Regno Poloniae curae futuram, feudumque hoc ducale in quem-

cumque eventum tanquam causam propriam, qualis et re vera est, quodque inde ab initio tam S. Regia Vestra Maiestas, quam parens eius felicitis memoriae inclitique Regni ordines palam professi sunt, protectioni suae commendatum habituram. Ego vicissim et convasalli mei ea, quae S. Regiae Vestrae Maiestati vigore et iure contractuum debentur, ita praestabimus, ne quid de fide et subiectione nostra desiderari queat.

Quod vero S. Regia Vestra Maiestas, quo progressu et modo singula tractanda sint, itemque aliis de rebus ad idem negotium pertinentibus certior fieri et sibi communicari clementer cupit, id quidem ex officio et quod haec res aliqua ex parte me quoque concernat, lubens praestarem, si quid modo eius mihi constaret aut captum meum non excederet. Scire autem Magnificentia Vestra clementer dignetur monumenta penes me nulla esse, quibus proprietas aut ius Regni Poloniae, quod in terras Prussiae habet, demonstrari queat. Solo hoc iure nitor, quod se hactenus S. Regia Vestra Maiestas et inclitum Poloniae Regnum habere asseruit, licet hoc videre nunquam cupiverim. Eodem illo memini me ad fidem Regni Poloniae S. Regiae Maiestatis Vestrae parenti pientissimo, ipsi denique Maiestati Vestrae praestandam esse adactum. Hoc fundamento feudi ducalis in me collatio subsequuta est, pacta, foedera et contractus initi, addita est me meosque defendendi in hoc solemnis obligatio, hac me solor, in hanc spem post Deum omnem colloco, praeter haec^{d)} porro quod proferam aut glorier non habeo. Ac persuasissimum mihi erit S. Regiam Vestram Maiestatem et inclitum Poloniae Regnum, eius pollicitationis et^{e)} fidei mihi factae non immemores, defensionem et tutelam mei, quavis id poscente necessitate, suscepturos, minimeque dubito eandem S. Regiam Vestram Maiestatem inclitosque Regni ordines praefati iuris sui fundamenta, quando et apud quos id opus fuerit, solenniter in medium producturos. Nec commissuram S. Regiam Vestram Maiestatem existimo, cum ea res non parvi sit momenti, ac ipsa causae necessitas postulare videatur ultro citroque, quin (id quod et pro mea fide etiam atque^{h)} etiam consulo et suadeo) haec ad maturam senatorum deliberationem exactius et pressius discutienda sit remissura, ne si obiter saltem et festinanter res tam ardua tractanda susciperetur, tale quiddam admitteretur, quod posthac et moleste ferri oporteat et sero vel nunquam memoria elabi posset. Denique quibus conditionibus concordiae conficiendae nitendum et quousque progrediendum sit, in eam quoque deliberationem venire necessum erit.

Postremo quod si contingeret rem amicabiliter componi non posse, ac hostile quiddam in me ipso facto praesumeretur (quod, licet non levibus argumentis appareat, omen Deus obruat praecor), quo pacto quave ratione S. Regia Vestra Maiestas inclitumque Poloniae Regnum defensionem mei, quemadmodum facturos se singuli et clementer strenue solenniterque receperunt, sint suscepturi, meque eorum omnium, ut quid mihi hac ex parte polliceri debeam, certiore reddat S. Regia Vestra Maiestas, oro. Sin vero monumenta, quae duobus scriniis maioribus conclusa dicto Maiestatis Vestrae parenti Gedani maiori pacis corroborandae testimonio tradidi ac Marienburgi in thesauro Maiestatis Vestrae servari non dubito, in meis adhuc essent manibus, aut si eorum saltem inspectio per Maiestatem Vestram meis liceret, ut porro ad me eorum contenta referrentur, vellem tum quidem sincere et candide, quantum pro virili possem, consilium meum quaecumque Maiestati Vestrae praebere. Ne quid autem porro in me desit, diligenter omnia conquiri curabo ac sedulo, favente Deo, id negotii expendendum sumam. Si quid invenero, quod ex re huius causae esse videbitur, statim perferri ad Maiestatem Vestram mandabo. Ad haec nun-

tios quoque meos, etsi parum utiles futuri videantur, ad tempus et locum huic actioni deputandum cum oratoribus Maiestatis Vestrae mittam. Idque illis iniungam, ut omnem moveant lapidem, eo omnes cogitationes implorata divina Maiestate intendant, ut si quid occurrerit, quo publicae tranquillitati et paci inclitoque Poloniae Regno consultum videatur, id diligentia qua possint maximaⁱ⁾ in medium proferant studiumque suum ac operam omnem^{j)} impendant. Officiosissime autem oro, ut quid et in quem finem ultro citroque in Senatu de hoc negotio actum conclusumque fuerit, per nuntios meos S. Regia Maiestas Vestra certiolem me reddere ne dedignetur. Ad quae si tum quidem S. Regia Vestra Maiestas animi mei sententiam insuper sibi communicari aut aperiri postulaverit, faciam quod Principem et vasallum officiosissime decet. Atque haec Maiestati Vestrae, quam Servatori Christo, me vero eiusdem^{k)} Maiestatis Vestrae favori commendo, rescribenda duxi. Datae Regio Monte etc.

a) in ms. quidam

b) in ms. Maiestati

c) in ms. angustam et definitam

d) in ms. aliquot

e) in ms. finitimis aut vicinis

f) sequuntur verba: quid haec invasis (?)

g) in ms. ut

h) in ms. itaque

i) in ms. maximum

j) in ms. omnia

k) in ms. eundem.

1) Carolus V.

2) Stanislaus Hosius (a. 1551 ad sedem Varmiensem translatus).

3) Ferdinandus I.

N. 3637.

S.l., 7.VII.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,

pro diligentia in rebus Francisci Stancari in Regium Montem transmittendis gratias agit; de vinis emendis se proximis litteris suis ei fusius scripsisse nuntiat.

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 95.

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 121v.

N. 3638.

E Regio Monte, 9.VII.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

pro gratulationibus de nata sibi filia [Elisabeth] et pro munere misso gratias agit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 214.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae*

pro litteris, quibus de nata filia [Elisabeth] sibi congratulabatur, gratias agit et vicissim ei ac filiabus omnia felicia precatur («Quod vero S. Reginalem Vestram Maiestatem in commatrem non rogaverim, id ne aegrius ferat oro, siquidem maiorem S. Reginalis Vestrae Maiestatis excellentiam et dignitatem esse iudicavi, quam ut a me, tanquam inferiore, ad eam rem rogaretur, tum quod propter imbecillitatem infantis ad mandatum Christi properandum cum ea erat ad baptisma»).

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 522.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 215-216.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae*

de negotio inter subditum regium Georgium Ritter, civem Toruniensem, et subditum suum Michaellem Schmidt, civem Regiomontanum, intercedente.

(Schedule: queritur de quodam Thur, praefecto regio in Simno).

Cfr. El. XXXI, NN. 502, 530.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 216-219.

Regi Poloniae, XIII Iulii.

Belangende Michel Schmidt et Georg Ritther.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Meminit procul dubio S. Regia Vestra Maiestas, quid non ita pridem in negotio, quod inter civem quendam Thorunensem Georgium Ritter et subditum meum Michaellem Schmidt vertitur, per legatum meum mihi responderit, videlicet ut bonorum clarigatorum restitutionem mandarem. Quo facto, paratam fore S. Regiam Vestram Maiestatem commissarios in eo negotio cognoscendo deputare. Hoc non modo a me debita observantia praestitum et subdito meo imperatum est, verum etiam insuper additum, quod si quid eorum bonorum desideraretur, ut id facultatibus suis redintegraret. Quod ille se, quandoquidem aliter fieri non posset, facturum recepit.

Accedit et illud, quod consilarii Maiestatis Vestrae in conventu Marienburgensi de eodem negotio ad me scripserint. Quibus itidem in eam, ut praemittitur, sententiam responsum est, scilicet me non tantum paratum fuisse in mandanda restitutione bonorum pignuratorum, verum etiam existente aliquo eorum defectu, velle me cuivis querenti et in facultates et corpus ipsum huius subditi mei iustitiam administrare. Haec cum ita ultro citroque acta sint, ut quid amplius a me fieri potuisset, non videam. Nemo tamen ex eo tempore comparuit, qui recompensam eiusmodi accepti forte damni in subdito meo aut bonis ipsius exigeret, ita ut S. Regia Vestra

Maiestas ipsa clementer nunc intelligat nihil in hoc casu per me debitaе observantiaе erga S. Regiam Vestram Maiestatem praetermissum esse. Nunc vero praeter omnem opinionem querebundi subditi mei mihi supplicarunt, non licere sibi tuto et secure, ut prius, mercimonia in terris S. Regiae Vestrae Maiestatis exercere, quippe quod quorundam bona per praedictum Georgium Ritter iam arestata sint, nonnulli etiam eorum per ipsum ad venditionem sexagenarum aliquot lignorum, plane iniquam et detrimentosam, per comminationem arestationis in locum illis assignatum ex flumine Drewantza compulsi sint. Quod quam pactis et foederibus minime sit conveniens, obscurum non est, siquidem eundem S. Regiae Vestrae Maiestatis subditum ista, non habita iuris sibi in bona subditi mei, cum quo illi negotium est, competentis ratione, tentare nemo est qui neget. Neglectis etiam ab eo insuper iis, quae a me tam consiliariis S. Regiae Vestrae Maiestatis Marieburgi congregatis, quam ipsi senatui Thorunensi de restitutis bonis et administranda porro defectus eorum tam in subditum meum, quam facultates eius iustitia responsa sunt. Etsi autem haec meam personam parum afficiunt, illud tamen inprimis Maiestati Vestrae Regiae expendendum relinquo, quid futurum sit, ubi ea libertas in viscera unius corporis, mutuo vinculo defensionis S. Regiae Vestrae Maiestatis sibi devincta, concedetur, ut si porro sic fiet, sane haec res, si aliud nihil, saltem eorum spem, qui sola post Deum nituntur protectione Maiestatis Vestrae, magna ex parte sit labefactura.

Itaque S. Regiam Vestram Maiestatem enixe rogatam facio, ut totius huius negotii magnitudine diligenter discussa, clementer et restitutionem bonorum interceptorum et ulteriorem arestationem subdito suo severius aliquanto mandare et inhibere dignetur, ac tandem, quemadmodum promisit, commissarios determinandi huius negotii, quandoquidem postulationi S. Regiae Vestrae Maiestatis a me iam satisfactum est, designet. Quibus et meorum consiliariorum unum atque alterum adiungam. Si tum per eos cognitum fuerit insuper adhuc meum subditum subditis Maiestatis Vestrae solvendo in quid teneri, serio a me mandabitur, ut omne illud praestet, in quod ex cognitione dictorum commissariorum damnatus fuerit, ut ea ratione et subditorum inter se mercimonia, ut antea, libera sint et maius fortasse malum caveri possit.

Ceterum non excidisse S. Regiae Vestrae Maiestati arbitror, quid conquestus ei sim per consiliarios meos de Vicecapitaneo Marienburgensi, quippe quod ille praeter ius et aequum Burggrabio meo castri Preuschmargk quadrigas in via publica eripuerit, quarum restitutio etiam ne in hunc quidem diem adhuc facta est. Idcirco et hic auctoritatem S. Regiae Vestrae Maiestatis et restitutionem quadrigarum peto. Quibus in casibus S. Regia Vestra Maiestas rem publicae tranquillitati et Regi aequissimo fecerit maxime convenientem, mihi vero quovis officiorum genere subdite demerendam. Datae Regio Monte.

Cedula

In obsignatione harum literarum perferuntur ad me literae Capitanei mei Interburgensis conquerentis de quodam Thur, Praefecto S. Regiae Maiestatis in Simnaw finium Lithuaniae, quod ille tertia iam vice pratum quoddam immediate in Ducatu meo situm, scopulos novos a commissariis utrinque ad fines Lithuaniae positos transgressus, demessuerit foenumque avexerit, aliaque multa violenter in subditos meos illi finitimos praesumat. Quae res ut permolesta mihi accidit ac citra iussum S. Regiae Vestrae Maiestatis fieri certo scio, ita iniquissima audacia a Praefecto Maiestatis

Vestrae tentatur. Itaque peto enixe S. Regiam Vestram Maiestatem, ut dicto Praefecto suo restitutionem foeni in eum locum, unde avexit, mandet, ac ne quid porro eiusmodi committat, severius aliquanto iniungat, ut ea ratione novarum dissensionum inter subditos utriusque Ducatus ansa tollatur. Qua in re S. Regia Vestra Maiestas rem aequitati consonam et mihi demerendam factura est. Datum ut in literis.

A. Muntzer.

N. 3641.

E Regio Monte, 20.VII.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae Patrykowski, praefecto Jurborgensi,

ei, de capitaneo suo Insterburgensi iterum conquerenti («quod iuxta diiudicationem proxime factam subditis Regiae Maiestatis iniuria affectis non modo satisfactionem nullam praestiterit, sed insuper furibunde in eos invectus sit, Vestramque Generositatem coram eis diffamavit»), respondet se litteras eius in Germanicam linguam translatas, «ut intelligere queat», eidem capitaneo suo transmississe et iniunxisse, ut erga subditos regios amicitiam et bonam vicinitatem conservaret; queritur de quodam Thur, praefecto reginali in Simno, qui in praefecturis suis Ragnetensi et Insterburgensi, transgressis finibus, prata quaedam demessuit et foenum secum avexit; diem 15.IX. diiudicandis iniuriis statutum non sibi displicere nuntiat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 219-221.

N. 3642.

E Regio Monte, 21.VII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

nuntiat se per Bernardum Pretwicz, capitaneum Barensensem, in usum culinae suae 200 boves coemendos curasse et expetit litteras regias servitori suo, litterarum exhibitori, dandas, quarum auctoritate dicti boves ex Podolia libere, sine vectigalium solutione, expellantur et in Ducatum suum adducantur..

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 223-224.

N. 3643.

E Regio Monte, 21.VII.1551.

Albertus dux in Prussia

Annae OdrowaŹ, e ducibus Masoviae,

iterum postulat, ut residuam debitae sibi pecuniae summam Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi, citra longiorem moram numeret.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, NN. 1288, 1312.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 221-223.

N. 3644.

S.l., 21.VII.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

de litteris passus, pro bobus libere, sine telonei solutione, per ditiones regias pellendis, sibi negatis, queritur et affirmat hac re iura, libertates et privilegia sua, contractibus initis firmata, labefactari et violari.

(Schedula: de litteris non manu propria scriptis se excusat; «podwodam» Bernardo Pretwicz, boves transvecturo, suppeditari iubet).

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 122-123.

Ahn Gabrieln Therla, den 21 Julii anno etc. 51.

Nachdem euch bewust, welcher gestalth wir vorrurget zeit bei der ko.mt. zu Polan etc. cum titulo gesucht, das uns etzliche ochsen, so wir zu unser kuchen notturft durch den ernvhesten unsern lieben getreuen Bernhard Pretwitz einkaufen lassen, zolfrey durch gestadthet wurden, auch wess uns vor abschlegige anthwort daran begegnet, des wir uns zu irer ko.mt. keynes weges versehen. Nun solle bemelther Pretwitz auch derhalben ahn die ko.mt. geschrieben, solchs gesucht und gebethen, aber ir mt. sich dess beschwert, auch abgeschlagen haben.

Wiewol uns nun ahn eynem solchem zolle nicht sonderlich viel gelegen, da es allein das geld belangen thette, so fellet uns doch dies beschwerlich fur, das man uns wider unsere habende privilegia, freyheit und gerechtigkeit beschweren und den aufgerichten loblichen vertregen, welcher wir bissahnero jhe und alwege fruchtbarlich genossen, dermassen abbruch und eintragk gescheen sol, auch in anmerckung, das sonst allen churfursten und fursten in allen reichen und lendern solche freyheit zugelassen und gestadthet, das sie allerlei zu irer kuchen und anderer notturft zolfrey durchbringen mogen, geschwiegen das uns die vortrege solchs clerlich und offentlich geben, auch niemals vorhin gewheret worden. Und wiewol wir eines solchen geldes auch vergessen konten, da wir es gottlob zu geben, so ist es uns doch viel mehr umb den hon und spott, so daraus erfolgen wurde, zu thun, und das hiedurch ein eingang gemacht, uns unsere privilegia zu schwächen und schmelern; das uns zu leyden nicht wil geburen.

Gelanget demnach unser gnediges begeren ahn euch, ir wollet bey der ko.mt., der wir hiemit umb eynen zolbriff geschrieben, anhalthen und sollicitiren helfen, damit unser diener, dieser zeyger, denselben, der uns doch

zuvorn jhe und alwege gegeben, auch niemals abgeschlagen worden, bekommen moge, weil öffentlich und ahm tage, auch niemand anders erfaren wirdt, weder das wir solche nirgents hin, dann zu unsers hofes und kuchen notturft gebrauchen. Schicken euch hieneben den artickel aus dem privilegio, dardurch uns solche freyheit von weylant hochloblicher gedechtnus konigk Sigimundt gnedigst gegeben, ob ir damit das begerte leichter dann sonsten erhalthen mochtet. Daran thut ir uns zu gefallen, welchs wir in gnaden abzunhemen erbutigk. Datum.

Ex relatione Cancellarii
Constant[inus] Sil[vius].

Cedula

Wir begeren gantz gendiglich, ir wollet uns gutwillig entschuldiget nhemen, das wir euch itziger zeit mit eygener handt nicht geschriebe, dan wir durch vilheit der gescheft daran verhindert worden, zudem seindt wir noch gewertigk, wie sich die sachen euerm jungsten schreyben nach erfolgen werden, dess ir uns dann ferner, wie wir gnedigst begeren, zu eroffnen unbeschwert seyn wollet.

Hieneben, sinthemal wir die oxsen, so uns Bretwitz zuschicken sol, ehr besser gern alher gebracht wissen wolthen, so ist unser gnediges sinnen, ir wolleth unbeschwert sein, unserm diener die podwoda^{a)} oder post von der Wilna ab bis zum Bretwitz bey ko.mt. zu befurdern zuwege bringen, damit ehr soviel ehr ahn geburenden orth uns zum besten gelangen moge. An dem allen thut ir uns zu angenehmen sundern gefallen, in gnaden zu erkennen. Datum ut in litteris etc.

Ex commissione Principis
Gregorius Schultz.

a) in ms. podnada.

N. 3645.

E Regio Monte, 1.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

episcopo Vilnensi [Algimundo Paulo Holszański]

pro Theobaldo Peck (vel Beck), arculario suo, qui pro quodam Ioanne Stromer, etiam arculario, in servitio episcopi mortuo, fideiusserat, intercedit et rogat, ut ex venditione instrumentorum a defuncto relictorum «tantum consequi queat, quanta illa pecunia est, pro qua se fideiussorem constituit».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 224.

N. 3646.

E Regio Monte, 4.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Gregorio Tubitz, servitore suo, intercedit, ut bona quaedam a defuncta

Barbara Creutzburg (vel Kreutzberg) post se Gedani relictā, hereditario iure ad eum et fratres ac sorores eius pertinentia, consequi possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 225-226.

N. 3647.

E Regio Monte, 4.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

rogat, ut negotium Gregorii Tubitz, servitoris sui, regi commendet (cfr. N. praeced.).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 124.

N. 3648.

E Regio Monte, 10.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Hieronimo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,

Ioannem Levon (Lebon), aulicum suum, negotium quoddam in iudicio istic terrestri habentem, commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 226.

N. 3649.

E Regio Monte, 11.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

rogat, ut litteras intercessorias pro impubere Georgio Friderico marchione Brandenburgensi ad regem Romanorum dare velit, quo scil. castra Huniad et Giulia, ad eundem marchionem iure hereditario pertinentia, tutores eius nomine pupilli recuperare possint.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 227-228.

Regi Poloniae, XI Augusti.

Petit litteras intercessorias ad Serenissimum Romanorum Regem in caussa Marchionis Georgii Friderici.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Significarunt mihi impuberis mei nepotis, Illustrissimi Marchionis Georgii Friderici, tutores et locum tenentes se apud Serenissimum Regem Romanorum¹⁾ rationes inituros, quibus castra videcelit Huniad et Giulia, in Hungaria sita et morte Illustrissimi Marchionis Georgii, fratris mei pia memoriae, ad eundem impuberem iure hereditario devoluta, recuperare possint. Ad quam rem eo commodius conficiendam putarunt sibi magno

adiumento fore literas S. Regiae Vestrae Maiestatis intercessorias ad dictum Serenissimum Romanorum Regem. Itaque petiverunt, ut eas impetrem a Maiestate Vestra. Quandoquidem autem persuasum mihi habeo S. Regiam Vestram Maiestatem pro ea, quae illi cum impubere nepote meo intercedit necessitudine, et quod subditus eius Princeps sit, haud gravatim illud facturam esse, idcirco etiam atque etiam eam oro, ut huic intercessionem se studio, quo poterit maximo, benignam praebeat literasque eiusmodi ad dictum Serenissimum Romanorum Regem dare ne didegnetur, ut Eius Serenitas, quandoquidem totum hoc negotium ei optime constat, consideratis dicti Illustrissimi Georgii Marchionis, fratris mei, servitiis, candido pectore Eius Serenitati exhibitis, se et literarum S. Regiae Vestrae Maiestatis autoritate accedente eo faciliorem et promptiorem in iuvanda recuperatione dictorum bonorum praedicto Domino Marchioni Georgio Friderico, tanquam hereditario eorum possessori, eiusque tutoribus exhibeat. Qua in re S. Regia Vestra Maiestas et mihi et impuberi meo nepoti fecerit longe gratissimum ac debitis officiis quovis tempore demerendum. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

1) *Ferdinandus I.*

N. 3650.

E Regio Monte, 11.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

scribit rationes, cur tabellarium eius diutius; pro missis litteris [regiis] gratias agit; rogat, ut litteras, ad coniugis suae dotem attinentes, impetrare conetur; velocem equum cursorium sibi emi petit.

Autogr.

HBA, K. 1174.

Lieber freunt Derla.

Das schreiben, so ir mihr gethon bey zeigern ewerm diner, hab ich verlesen und verstanden, wy er auch selbst ewern befelich gancz mit hochem fleis und trewen ausgerichtet, und ist zu mihr im feld kumen, wy ich nach der Mymel gezogen. Derhalben ab ich wol gewust, das er auch andre geschefte auszurichten, hab ich in doch, domit ich mich allerlei myt im bereden kunte, mit mihr an dasselb ort genumen, domit er euch auch von solchem paw etwas zu berichten, und verhoffet, das ich uber wenig dag nicht wolt aussen pleiben. So hat mich doch der liebe Got dermassen gestiret, das ich nicht eher als vergangen sunabent, den 5 Augusti, wider hieher durch gotlich verleihen kumen kunnen. Bitte hirumb gancz fleissig, wollet weder auf ynen aber mich unwillen haben des langen aufzuges. Ir werdet aber durch inen hinwider alle ding verstehen und glauben geben.

Bedanck mich des zugeschickten brifes und wil es erstlich umb k.mt. in aller unterdenigen demuett verdinen und euch mit allem guten zu beschulden nicht nachlassen. Wolte Got, ir kunt den andern briff, meiner lieben gamahel¹⁾ leibzucht, auch erlangen, so wolt ich nicht zweifeln, mein

liebste gemahel wurde es gegen euch auch in allem guten zu fergleichen nicht nachlassen.

Verner wil ich euch gancz hochlich gebeten haben, ir wollet mihr zu einem reschen wetlauffer helfen, was er auch gestehen wurdet. Das wil ich euch mit dancksagung wider erlegen. Was auch fur zeitung verhanden, wurt euch ewer diner nicht unferhalten lassen. Befele euch hiemit dem lieben Got, der wolle euch in langwirlicher gesuntheit erhalten und vor allem ubel bewaren. Amen. In eile Kunigspurgk de[n] 11 Augusti anno 1551.

Albrecht marggraff und herczog etc.

In dorso: Hern Gabriel Derlen etc., meinem guten freunde, zu eigner hant etc.

1) *Anna Maria.*

N. 3651.

E Regio Monte, 12.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

rogat, ut dies iudicii, quo Maraunenses comparere debent, differatur et alius arbiter in causa eorum et Lucae Ketting constituatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 228-229.

N. 3652.

E Regio Monte, 12.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Alexandrum Sculteti, canonicum Varmiensem, commendat.

Ostpr. Fol., vol 54, f. 230.

Regi Poloniae, XII Augusti.

Intercessoriae pro Alexandro Sculteti Canonico.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Retulit mihi praesentium exhibitor, Georgius a Suchten, quomodo Venerabilis Dominus Alexander Sculteti, Canonicus in Frawenburgk, Genealogiam S. Regiae Maiestatis Vestrae eiusdemque praedecessorum Regum Reginarumque Poloniae etc. ex ipsa Roma usque huc miserit, simul petens, ut eam, adiunctis eiusdem Schulteti literis, S. Regiae Maiestati Vestrae offerret, negotiaque porro ibidem sua promoveret. Quod cum se facilius expediturum mediante mea commendatione speraret, vehementer a me submissequae petiit, ut eam sibi impartiri non gravarer. Quapropter cum non iniqua eius petitio mihi visa sit, a Sacra Regia Maiestate Vestra obnixae ac suppliciter oro, ut et Genealogiam illam hilari ac clementi vultu accipiat et eius authorem, uti decet et par est, regie clementerque in suo

negotio, quod ex scriptis suis haud dubie patebit, promoveat. Id erga S. Regiam Maiestatem Vestram quibus possum officiorum generibus subdite et amice promereri quovis tempore conabor. Quam etc. Datae Regio Monte.

Relatio Cancellarii.
C. Sylvius.

N. 3653.

E Regio Monte, 12.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, significat se nobili Nicolao Ordziński, sibi commendato, liberum transitum per ditiones suas permisisse; officia offert.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 231.

N. 3654.

E Regio Monte, 20.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Fridericum Ulich et Christophorum Negelin, novae cuiusdam artis coquendi cerevisiam inventores, commendat.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 233.

Regi Poloniae, XX Augusti.

Vorschrift für die bierbreuer.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Supplicarunt mihi discreti viri Fridericus Ulich et Cristophorus Negelin, praesentium exhibitores, nomine omnium collegarum suorum, ut literis eos commendatitiis ad S. Regiam Vestram Maiestatem prosequeretur, quod dicant se artem quandam, antea non visam nec auditam, coquendae cerevisiae invenisse. Quam cum in Regno S. Regiae Vestrae Maiestatis terrisque his Prussiae multorum commodo exercere decreverint, petiverunt sibi prius privilegium quoddam in eam a S. Regia Vestra Maiestate dari eiusmodi, quale a Serenissimo Romanorum Rege habent et ostensuri sunt. Quorum precibus eo benignius annuendum esse censui, quod credam novi illius inventi utilitatem non usque adeo contemnendam esse. Idcirco S. Regiam Vestram Maiestatem enixe rogatam habeo, ut intercedente hac commendatione mea eo clementius in conferendo hoc privilegio se petentibus exhibere dignetur. Qua in re S. Regia Vestra Maiestas fecerit mihi gratissimum, artificibus vero ipsis maximo studio demerendum. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem optime valere percipio. Datae Regio Monte, ut supra.

A. Muntzer.

N. 3655.

E Regio Monte, 20.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Ocieski, R.P. vicencancellario,
Ludolphum Rollium, civem Gedanensem, Ioannis Lohmüller, consilarii sui,
consanguineum, cuius negotium a consiliariis regiis terrarum Prussiae ad
regem remissum est, commendat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 231-232.

N. 3656.

S.l., 20.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Łaski
rogat, ut apud regem Angliae oblata occasione iterum instet, quo sibi sum-
nam quandam pecuniae mutuo dare velit; Confessionem eius sibi mis-
sam grato se animo accepisse nuntiat; brevi se eum certiores reddituros
esse, «quo in cardine doctrina apud nos theologica versetur».
(*Adest conc. Lat. et Germ., HBA, B, K. 1174*).
Ostpr. Fol., vol. 82, Heiml. Reg., ff. 705-707.

Iohanni a Lasko, 20 Augusti anno 1551.

Accepimus ad 27 Iulii Reverendae Generositatis Vestrae literas, 7 Ianuarii Londini datas, quibus perlectis rem omnem optime intelleximus. Nos vero in memoriam reductis iis pollicitationibus, quas nobis Serenissimus Angliae Rex¹⁾ proximis abhinc annis fecit, haudquaquam sperassemus fore, ut nobis Eius Regia Dignitas mutuum illud denegatura fuisset. Etsi autem intelligimus Serenissimam Eius Dignitatem promptiorem esse ad conferendam summam^{a)} etiam maiorem in auxilium confoederatis Principibus omnibus, tamen nostra petitio eo non respexit, quod auxilium aliquod petiverimus, sed simpliciter mutuum illud personae nostrae ad certam et sufficientem cautionem in paucos annos dari cupivimus. Quam summam grato animo Eius Serenitati reddituros nos receperamus. Quandoquidem autem res nostrae in eodem adhuc, quo prius, versantur cardine, ut rationibus nostris postulantibus non exigua nobis opus sit pecuniae summa, clementer a Generositate Vestra contendimus, ut oblata commoda occasione iterum tentet apud Serenissimum Regem Angliae, an Eius Serenitas adduci possit, ut adhuc hac ex parte nobis gratificetur petitionisque nostrae nos compotes reddat, non obstante eo, quod Eius Serenitas confoederatis omnibus auxilium etiam maius conferre prompta est, siquidem Eius Serenitatem sufficienti cautione providere ac benevolentiam hanc nobis praestitam quovis amicorum officiorum genere demereri parati sumus.

Libellum Confessionis vestrae nobis missum grato accepimus animo, gratesque agimus maximas Deo Patri, quod in istis regionibus divinam suam gratiam tam longe diffundat. Quam ut porro etiam conservet ac ad salutarem Ecclesiarum instaurationem nominisque sui gloriam late propaget, flagitare precibus nostris non sumus intermissuri. Quo autem in car-

dine doctrina apud nos theologica versetur, brevi Reverendam Generositatem Vestram de hoc toto negotio certiores reddemus. Iterum atque iterum autem divinam Maiestatem enixe petimus, ut omnes eos, qui occultandae et impediendae propagationi doctrinae de Christo student, a proposito suo clementer retrahat conatusque periculosos refringat.

A. Muncerus.

a) sequitur verbum expunctum.

1) Eduardus VI.

N. 3657.

E Regio Monte, 21.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Georgii Scheffkin, consulis Gedanensis, relicta vidua, cuius negotium ex relatione ipsius viduae regem abunde cognitum esse nuntiat, intercedit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 234.

N. 3658.

E Regio Monte, 21.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

Ludolphi Rollii, civis Gedanensis, consilarii sui Ioannis Lohmüller amici et consanguinei, negotium, in Comitibus Regni Petricoviensibus et in conventu Marienburgensi iam agitatum, a consiliariis regis terrarum Prussiae iterum ad regem remissum, commendat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 124v-125.

N. 3659.

E Regio Monte, 28.VIII.1551.

Albertus dux in Prussia

palatino Plocensi [Felici Srzeński]

petitas ab eo ferinas («ut adventum S. Reginalis Maiestatis, Dominae nostrae clementissimae, eo honoratius excipere et tractare possit») se ei missurum esse significat.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1310.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 234-235.

Albertus dux in Prussia

Andreae a Gôrka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, causam palatini Lanciensiis, cum Alberto Finck ei intercedentem, se esse promoturum promittit, quantum constitutiones earum terrarum patiuntur.

Cfr. El. XXXIX, N. 1306.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 235-237.

Comiti de Gorcau, Castellano Posnaniensi, 2 Septembris.

Scribit se negotium Palatini Lanciensiis promoturum, quantum aequitas patitur, verum se non posse rescindere statuta.

Magnifice ac Generose Amice, Frater ac Compater nobis dilecte.

Scriptis ad nos Magnificentia Vestra de negotio, quod vertitur inter Magnificum Dominum Palatinum Lanciensem¹⁾ et subditum nostrum Albertum Finck, petens, ut interposita auctoritate nostra, citra procrastinationes longiores, absolvi illud mandaremus. Nos, quemadmodum hactenus fecimus sedulo, ne quis in administratione iustitiae de nobis iure conqueri posset, ita in hoc negotio serio a nobis imperatum est, ut citra dilationes aliquas et secundum iuris constitutiones in his terris usitatas procederetur. Credat enim Magnificentia Vestra nos non minus Domino Palatino, quam alteri parti ista bona, de quibus controvertitur, favere. Illud autem non videmus, quomodo faciundum nobis sit, ut subditum nostrum, offerentem se iuris cognitioni, deturbare ab hoc rationibus ullis possimus. Neque enim integrum nobis est rescindere ea, quae terrarum constitutiones, ius Colmense et Magdeburgense in provinciis hisce usitatum dictat, quaeque nos in ipsa Ducatus huius nostri administratione suscepta sancte servaturos et literis et verbo nostro polliciti sumus. Iam si contrarium in hoc casu nobis praesumendum esset, ipsa Magnificentia Vestra facile intelligit, quam parum illud ex dignitate nostra foret.

Ne autem praeter priora omnia, a nobis in hoc negotio demandata, requiri adhuc possit aliquid, utque Magnificentia Vestra et Magnus Dominus Palatinus Lanciensiis intelligat, quam libenter utrique gratificatum cupiamus, iudicio Hoenstinensi quosdam adiunximus consiliarios nostros, qui post festum Michaelis istic praesto erunt, illis iniunximus, ut remotis ac reiectis omnibus iis, quae impedire aut protrahere posse causam hanc putaverint, cognoscant iusque secundum statuta harum terrarum dicant. Quod sub indignatione nostra aliter non facturos persuasum nobis habemus. Neque enim, quid insuper fieri a nobis possit, videmus, quandoquidem nihil aequè cupimus, quam ut de Magnificentia Vestra ac Domino Palatino, necessario suo, pro singulari nostro in utrumque fraternitatis et amicitiae affectu, optime mereamur. Quod ut de nobis sibi Magnificentia Vestra persuadeat, petimus. Atque haec Magnificentiae Vestrae rescribenda esse ducebamus. Quam optime valere optamus. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria
And[reas] Mon[tzer].

1) Nicolaus Jarand Brudzewski.

N. 3661.

E Regio Monte, 2.IX.1551.

*Albertus dux in Prussia
palatino Lanciensi [Nicolao Jarand Brudzewski]
nuntiat in causa eius de bonis quibusdam, cum Alberto Finck ei intercedente,
iudicio Hohensteinensi addidisse se aliquot consiliarios suos eisque
iniunxisse, «ut post festum Michaelis, die iudicii consueto in octiduum
dilato, in loco usitato praesto sint causamque hanc, reiectis omnibus
iis, quae impedire eam videbuntur, secundum usitata harum terrarum
iura cognoscendam ac determinandam suscipiant».*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1309.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 237-238.

N. 3662.

Iohannisburgi, 4.IX.1551.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
de animi sui erga regem constantia et fide usque ad mortem.*

Autogr. Sigill.

HBA, B, K. 1174.

Lieber freunt Derle.

Ich bedanck mich aufs hogste kegen euch ewer trewherczigen gutmeinung, fleis und arweit und sunderliches bedencken, domit euch der liebe Got begnadet, und mus euch zeigen, das euch Got zu dem werckzeug prauchet, dardurch er ane zweifel von allen seiten seine gotliche ehre gemeret wil wissen, dy gemuter auch, des ich bey mihr aus Gottes gnaden weis, bey mihr nie kein endrung gewesen, durch seine gnad nun mehr erbaut und bestetiget, do ich durch gotliche gnad und ferleihen das gemute, so nie ge[e]ndert, bis in mein gruben kegen meinem lieben hern bestendig ane einig wancken solle erfunden und erhalten pleiben. Der liebe Got mache es in dem mit mihr nach seinem gotlichen willen.

Weil ir den dem vertrauten diner nicht nachlassen wolten einen glaubbriff an mich zu stellen, hab ich der ane das bey mihr nicht wenig beglaubet, sofyl statlicher seine werbung angenommen und ym als denn erstlich bey k.mt., m.g.h., hernachmols bey euch und auch mihr beglaubet, do ich wol weis, das nicht von noten gleichwol hinwiderumb dise meine hantschrift zu einem glaubbriff zu geben nicht nachlassen wolten, denn ir auch glauben wurdet, und wil auf ervordern k.mt. mich den diner erzeigen, wy ir von ym zu fernemen, mein getrew hercz und fleissige dinst kegen k.mt. nicht nachlassen, bittendt, wollet mich s.mt. aufs dinstlichst den getrewen lehensfursten befelen; der nichts als trew und liebe bey mihr finden solle, leut reden was sy wollen, und wollet weiter auch der bey mihr pleiben, wy ir alwegen erfunden. Das beschulde ich nicht alleint, sunder verdine es, und hoffe, der liebe Got werde verleihen, das wir uns miteinan-

der sehen mogen und allerley vertrewlich unterreden, dem ich euch und mich trewlichen thu befelen. Datis Iohanspurgk den 4 Septembris gancz fruhe und in der eyle anno 1551.

Albrecht der elter marggraff, in Preussen etc.
herzog etc.

N. 3663.

E Regio Monte, 10.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

dolet, quod regina, arduis impedita negotiis, ad institutam venationem venire non possit; pro promptitudine sua in mutuandis retibus tantam gratiarum actionem supervacaneam fuisse asserit.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 527.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 238-239.

N. 3664.

S.l., 13.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

pro Friderico Ulich et Christophoro Negelein (vel Negelin), novae cuiusdam artis coquendae cerevisiae («eyner neuen erfundenen kunst des bierbreuens») inventoribus, intercedit et rogat, ut ipsos regi commendet (cfr. N. 3654).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45,, ff. 125-125v.

N. 3665.

S.l., 13.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel

pro litteris gratias agit; rogat, ut negotium, quod ex litteris ad dominum suum [Gabrielem Tarlo] datis percepturus est, promovere studeat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 125v-126.

N. 3666.

S.l., 13.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

rogat, ut a rege conetur impetrare, quo in negotio Georgii Ritter, civis Toruniensis, contra subditum suum [Michaellem Schmidt] commissarii designentur causam inter cognituri, et Georgio Ritter usque ad finalem causae decisionem arrestatio bonorum subditi sui prohibeatur.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 104.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 126-127.

N. 3667.

E Regio Monte, 14.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

de negotio matrimoniali reginularum.

Cfr. El. XXXI, N. 532.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 242-244.

Reginae Poloniae, XIII Septembris.

Negotium matrimoniale attinens.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Meminit procul dubio S. Reginalis Vestra Maiestas, quid me in tentando negotio matrimoniali apud Serenissimum Daniae Regem¹⁾ et Illustrem Ioannem Holsatiae Ducem facturum obtulerim. Nunc celare S. Reginalem Vestram Maiestatem nolo rediisse diebus hisce nuntium eum, quem in Daniam in eo negotio ablegaveram. Qui id responsi mihi retulit: Primo, quod Regem Daniae attinet, agere Eius Maiestatem summas gratias mihi pro ea sollicitudine et cura, quod de matrimonio filii Eius Maiestatis cogitarem; intelligere enim Eius Maiestatem id candido a me profectum pectore, se quoque propensissimum in Maiestatem Suam affectum amanter demeriturum; ut autem Eius Maiestas aliquid de connubio filii sui contrahendo statuatur, incommodum id Eius Maiestati accidere propter impubertatem dicti filii, quippe quod ille annum decimum septimum nondum attigerit, decrevisse enim omnino Maiestatem Suam, antequam annos pubertatis excesserit, de matrimonio nullo se cogitaturum. Quamobrem petere Maiestatem Suam, ne aegrius feram, quod consilio meo, licet Maiestati Eius plurimum probetur, hac ex parte non locum dederit, nec opus esse, ut porro etiam de hoc sollicitus sim, aut curam ulteriorem eo nomine susciperem, siquidem Eius Maiestati, ut dictum est, ante pubertatis tempus aliquid in eiusmodi negotio constituere integrum non esse.

Quod Dominum Ioannem Holsatiae Ducem attinet, retulit idem nuntius mihi Illustritatem Eius non minore animi gratitudine hanc sollicitudinem meam et fidele consilium amplecti, annuere aut statuere vero aliquid in eiusmodi negotio, id ex eo Illustritati Eius in animo nondum esse, quod tempora haec videat esse periculosissima et in talibus negotiis Illustritati

Suae minime commoda aut convenientia; petere igitur Illustritatem Suam, ne aegrius aut in malam partem acciperem, quod consilii mei rationibus non acquieverit; si qua autem porro in re alia gratificare mihi posset, facturum id se sedulo; orare insuper Illustritatem Suam, ut eo favore, quo hactenus, semper prosequeretur eam ac eiusmodi negotiis omnino Eius Illustritati amice parcerem, nihil se enim adductis de causis cogitare de iis posse nec velle.

Etsi autem nuntius meus arduis et evidentibus persuasionibus insuper permovere utriusque animum tentaverit, nihil tamen proficere potuit, sed ab utroque in priore perstitum est sententia. Itaque cum sic acciderit, ut quid a me fieri potuisset amplius non videam, ipsa nunc Maiestas Vestra voluntatem meam in hoc propensissimam, quod ex voto non cesserint consilia, excusata habeat, libenter enim et ex animo successum eius negotii vidissem, cum quod in eo iuvando obligatum me inclitae familiae Regum Poloniae agnosco, tum quod non incommoda ei quoque ista matrimonia iudicaverim. Quandoquidem autem aliter in fatis fuit, eorum etiam voluntati et dispositioni committendum existimo. Atque haec celandam S. Regi-nalem Vestram Maiestatem non esse putavi. Cui et Serenissimis eiusdem filiabus porro etiam studium meum deditissimum, quod fieri pro virili mea potest, offero et defero, easque sanas et salvas esse exopto. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

1) *Christianus III.*

N. 3668.

E Regio Monte, 14.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Andrae a Gôrka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo, Alexandrum Kurtzbach, subditum suum, commendat et petit, ut opera eius accedente hereditatem maternam, quam petiturus est, eo citius consequatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 240.

N. 3669.

E Regio Monte, 14.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. vicecancellario,

rogat, ut a rege impetret, quo in negotio Georgii Ritter aliorumque civium Toruniensium contra subditum suum [Michaellem Schmidt] commissarii deputentur totamque causam iterum investigent, et dicto Ritter usque ad finalem causae determinationem clarigatio sive arrestatio bonorum subditi sui interdicatur.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1318.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 240-242.

N. 3670.

E Regio Monte, 16.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae et, mutatis mutandis, Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro quadam «nobilissima domina» [Gulielmi Skrzynecki uxore] intercedit et rogat, ut causam eius, quam ex supplicatione eiusdem cognitura sit, regi Romanorum commendet (cfr. N. 3671).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 244-245.

N. 3671.

S.l., 17.IX.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrielis Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

rogat, ut annexas litteras intercessorias pro uxore Gulielmi Skrzynecki, iniuste et graviter apud regem Romanorum perduellionis et laesae maiestatis accusati, ex Bohemia profugi et exsulis, regi et reginae matri [Bonae] porrigat et negotium miserae mulieris apud regem promoveat (cfr. N. 3670).

Cfr. El. XLIII, N. 103.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 127-128.

An Gabrieln Therla, den 17 Septembris.

Edler und ernvhester, besonder lieber.

Wir wollen euch nicht bergen, das uns des edlen unsers besondern lieben Wilhelm Sthrineczki¹⁾ von Ronaw gemahl supplicirende anlangt, wir wolthen ir so gnedig erscheynen, weil ir her von etzlichen behemischen stenden in nehist vergangener behemischen emporung bey ro.ko.mt.²⁾ hoch und beschwerlich angeben, als solt er mit denen, so irer mt. widrig gewest, auch in bundtnus gestanden und sein eidt und pflicht gebrochen haben; welchs doch auf inen niemals erweislich gemacht, viel weniger geburende clage auf gewonliche vergehende citation wider inen angestalt sein soll, sonder unangesehen dessen alles sey wider inen eyn urtheil in seynem abwesen gefellet, dardurch er leibs und guts verlustig erkanth. Und bald darauf all seyn gutter confiscirt, er auch darob aus furcht des gewalts aus Bohemen entwichen, und nun 4 gantzer jhar kein sichere bleybende stelle gehabt, sonder im elende umbher zihen müssen. Dardurch wer sie geursacht uns anzufallen, wir wolthen solchen handel neben ingelegther irer supplication ahn ko.mt. zu Polann, wie nichtsweniger auch ahn irer mt. fraw mutter³⁾ gelangen lassen, soviel bey iren beden mt. hochgenant befurdern, domit dieselben vorgedachten iren hern bey der ro.ko.mt. laut irer supplication, so wir irer mt. im schreyben zuschicken, ein gnedige vorbith zu thun geruheten.

Weil wir uns dan ohn rumb aller bedruckten und betrubthen jhe gern annhemen, haben wir auch in anmerckung ires elendes ir solch bith nitt wissen abzuschlahen und beyligendes schreyben, das wir euch hiemit zuschicken, an ko.mt. thun wolden, mit gnedigem begeren, solchs der

ko.mt. zu uberreichen und mit fleiss den handel der betrubthen und mehr dann elenden personen zuguth zu befurdern unbeschwert zu seyn, wie dann ire ko.mt. aus der supplication den gantzen handel und ire bith euch sonder zweifel nit pergen wirt. Wann nun ir ko.mt. (wie wir gentzlich hoffen) sie ahn die ro.ko.mt. zu vorschreyben willigte, sagen wir gern, wann es gesein konthe, das solchs umb mehrers ansehens und des handels entsprisslicheit durch irer mt. bothen geschickt. Im fahl aber solchs nitt zu erhalten, so wollet uns dasselbe zusenden, domit wir es der betrubthen frawen behendigen zu lassen, der gnedigen zuvorsicht, ir werdet euch hierin aller wilferigkeit erzeygen. Dorin thut ir uns zu sonderm hohen angenehmen gefallen. Seindt es auch in allen gnaden euch widerumb abzuheumen gewogen. Datum ut supra.

Ex commissione Principis
Andreas Muntzer

- 1) *Gulielmus Skrzynecki (Skřinecký), Bohemus.*
- 2) *Ferdinandus I.*
- 3) *regina Bona.*

N. 3672.

E Regio Monte, 23.IX.1551.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Gabrieli Tarto
commendat causam Andreae Patrykowski, capitanei Jurborgensis, a quodam
Thur, capitaneo regio in Simno (Simnau), sine ulla causa tam inique
coram rege delati et denunciati, «ut omnino S. Regiae Maiestatis Vestrae
animum a se alienum factum ac in gravem iram atque indignationem
eius incidisse affirmet».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 254-247 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 128-128v).

N. 3673.

S.L., 25.IX.1551.

*Albertus dux in Prussia
palatino Plocensi [Felici Srzeński] et, mutatis mutandis, iudicibus provincialibus terrae Visnensis
de causa inter subditum suum, Michaellem Biały, et Georgium Wojstłowski,
Masovitam, intercedente.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1320.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 247-248.

*Palatino Plocensi, mutatis mutandis iudicibus provincialibus terrae
Visnensis. XXV Septembris.
Pro Michaelle Biali.*

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Relata ad nos est series totius negotii, inter subditum nostrum, Michaellem Biali, et Georgium Woysslavssky ratione violentae invasionis cuiusdam ultro citroque in proximo terrae Visnensis iudicio agitata, in qua videmus iniquum quoddam iuramenti onus subdito nostro delatum esse, videlicet ut ipsemet sextus^{z)} querelam suam, tam de notoria invasione quam ereptis sibi pecuniis, iuxta statuta Mazoviae iuramento verificaret. Ad quod cum se teneri ne iure quidem gentium replicasset, eo rem devolutam esse, ut appellationis remedium ad eum locum, ubi et quo sibi appellandum sit, interposuerit, iudices vero id negotii in hunc tandem iudicii terrestres diem reiecisce. His ita cognitis, committere non potuimus, quin ad Magnificentiam Vestram ea de re scriberemus, ac cum ipsam interfuturam huic iudicio significatum nobis sit, ei negotium illud commendaremus. Non obscurum arbitramur Magnificentiae Vestrae manifesti iuris esse, ut iuramentum non nisi in dubiis causis in defectum probationis recipiendum sit, eo quod leges hac ex parte noluerint nomen Dei assumi in vanum. In hoc vero casu subditi nostri negotium, quod cum adversario suo habet, est notorium, ut ad verificandam violentiam incursionis testibus opus non sit. Illud vero mirum nobis videtur, ut actor iuramento^{a)} testium testificetur, quantum sibi ex cista ereptum sit, siquidem id nemini ac sibi soli constitit, et ita ad impossibile eum cogi. Quandoquidem autem id nullo fit iuris, ne naturalis quidem, fundamento aut ratione, absurdum nobis videtur in laesionem animarum subditum nostrum ad id condemnari, siquidem ad impossibile nemo obligatur, nec constat nobis, an statuta etiam Mazovica, quae nostros subditos minime obligant, impossibilitatem eiusmodi requirant, quae procul dubio, ubi de verificanda querela testium iuramento loquuntur, legitimam limitationem pro statu negotii non excludunt^{b)}, tum quod leges civiles permittunt damnificato suo solius iuramento damnum acceptum testari, id quod iuramentum actoris in litem dicitur. Haec iuris beneficia cum manifesta sint, aequitati minime conforme videtur, ut causa maxime probabilis propter unicam particulam, et eam quidem impossibilem, periclitari debeat.

Quamobrem cum minime dubitemus Magnificentiam Vestram pro ea, qua praedita est prudentia, ista melius intelligere, rogatam eam habemus, ut huic subdito nostro debitam iustitiam administrari curet, ne si secus fieret, quod tamen accedente Magnificentiae Vestrae autoritate non speramus, prosequendi appellationis interpositae remedium apud S. Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum clementissimum, occasio nobis detur, siquidem Magnificentiae Vestrae obscurum non est pactis et foederibus eiusmodi incursiones prohibitas^{c)} esse. Itaque et praefectum nostrum Johanspurgensem cum eodem subdito nostro ad Magnificentiam Vestram mittendum censuimus, ut ea de re fusius cum Magnificentia Vestra conferret, persuasum nobis omnino habentes, Magnificentiam Vestra iustitiae respectu eo faciliorem se in hoc negotio exhibituram esse. Quod amice demereri studebimus, petimusque, ut nobis certi aliquid respondeat^{d)}. Datae.

A. Muntzer.

a) *in ms.* iumento

b) *in ms.* excluderet

c) *in ms.* prohibitas

d) *correctum ex:* respondeatur

z) *sic in ms.*

N. 3674.

Instербурги, 2.X.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,

Vilnam profectus et 19 Octobris illuc advenire cupiens, rogat, ut sibi et comitibus suis deversoria praeparet; desiderat tamen cum eo ante adventum Vilnam colloqui et petit, ut Caunam sibi obviam veniat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 133v.

N. 3675.

E Regio Monte, 3.X.1551.

Albertus dux in Prussia

Andreae Patrykowski, praefecto Jurborgensi,

de litteris intercessoriis in causa eius contra obtrectatorem eius quendam nomine Thur, praefectum Simnensem, ad regem, Nicolaum Radziwill et Gabrielem Tarło datis, certiores eum reddit (cfr. N. 3673) et earundem litterarum exemplar transmittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 250-251.

N. 3676.

E Regio Monte, 5.X.1551.

Albertus dux in Prussia

Annae [Ostroróg Lwowska], Procopii Sieniawski coniugi,

pro misso sibi cingulo, manibus propriis contexto, gratias agit; maritum eius consorti suo, duci Alberto, etiam sine commendatione sua commendatissimum esse affirmat; anulum dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 260-261.

N. 3677.

S.l., 6.X.1551.

Albertus dux in Prussia

Procopio Sieniawski, dapifero Leopoliensi,

dolet, quod, rumore de impetu Valachorum sparso impeditus, se invisere non potuerit; pro equo gradario gratias agit; gratum sibi fuisse nuntiat, quod ad munus compatriis se rogare vellet; conventum cum eo annum stipendium pro hoc anno iam ei numeratum esse significat.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1314.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 258-260.

N. 3678.

E Regio Monte, 6.X.1551.

Albertus dux in Prussia
Annae Odrowąz, e ducibus Masoviae,
de promissione eius residuam debitae sibi pecuniae summam (2000 fl.)
incunctanter restituendi gaudet et rogat, ut eam in manus Bernardi Pret-
wicz numerare velit; excusat se, quod huius debiti solutionem «instantius
aliquanto» ab ea petiverit («siquidem aliter faciendum nobis non erat,
quam ut promissis Generoso Bernhardo Pretwicio factis staremus, ille
enim his fretus nobis centena aliquot boum huc misit»).
(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1312.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 261-262.

N. 3679.

S.l., 6.X.1551.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,
rogat, ut 12 uncias auri et 6 uncias argenti sibi emat et in Regium Montem
mittat, necnon eorum pretium significet.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 132.

N. 3680.

E Regio Monte, 17.X.1551.

Albertus dux in Prussia
Spytconi Jordan de Zakliczyn, R.P. thesaurario,
pro Thoma Lichtenstein, litterarum exhibitore, qui in negotio subditi sui
Michaelis Schmidt, cum Georgio Ritter et aliis Toruniensibus ipsi inter-
cedente, ad publicum conventum Graudenti celebratum proficisci coac-
tus, ut testimonia nonnulla in eadem causa deponeret, ob eiusmodi pro-
fectionem contractum quendam de piscinis initum servare non potuit,
intercedit et rogat, ut eum de non servando contractu excusare velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 262-264.

N. 3681.

Vilnae*, 23.X.1551.

Albertus dux in Prussia
Hieronimo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,

pro Bartholomaeo Voigt, cive Regiomontano, intercedit et petit, ut auctoritate eius accedente «debitum illud, quo obligatum sibi habet Generosum Ioannem Bilowitz», eo facilius consequatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 266.

^{*)} *In ms. praemissa est nota: Diese nachvolgende copeyen sint den XV Decembris von der Wille bracht und aldo ausgangen.*

N. 3682.

Vilnae, 26.X.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro nobili Nicolao Bielewicz (Bielowitz), ut ei bona quaedam hereditaria, quorum desiderio rex ipse tenetur, clementer relinquat (non parum enim caperet detrimenti, «si carendum illi his bonis esset»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 268.

N. 3683.

Vilnae, 28.X.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

nobilem Andream N. [Derskowicz], cubicularium regium, commendat et rogat, ut ei promissum iam saluum conductum concedere velit, quo negotium, «quod sibi est ratione homicidii», maiore cum fructu conficere possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 268-269.

N. 3684.

Vilnae, 28.X.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Hieronymo Chodkiewicz, Samogitiae capitaneo,

pro Matthia Hein, cive Caunensi, iterum intercedit (cfr. N. 3632).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 270-271.

N. 3685.

Vilnae, 28.X.1551.

Albertus dux in Prussia

*palatino Vilnensi [Nicolao Radziwiłł «Nigro»] et, mutatis mutandis, palatino
Trocensi [Nicolao Radziwiłł «Rufo»], Ioanni Lutomirski, R.P. cancellario
[recte: vicecancellario, Ioanni Ocieski]*

*causam Andreae Derskowicz (in ms. Dirskowitz) commendat (cfr. N. 3683).
(Latine)*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 269-270.

N. 3686.

E Regio Monte, 2.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*pro misso sibi responso regis Romanorum gratias agit; magistro Ordinis
Theutonicorum adversus Prussiam bellum cogitante, operae pretium fore
putat, ut rex de suspensione proscriptionis in annos viginti apud regem
Romanorum agat.*

Cfr. El. XXXI, N. 535.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 271-273.

Regi Poloniae, 2 Novembris.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

*Reverentes S. Regiae Vestrae Maiestati ago gratias, quod ea mihi com-
municaverit, quae in negotio Prutenico a Serenissimo Romanorum Rege¹⁾
accepit. Consideranti vero mihi ea omnia, subvereor Magistrum Ordinis²⁾
ista dilatoria deliberandi aliud nihil quam praesentissimum alere bellum.
Cuius non levi aliqua suspicione, sed verisimilibus argumentis ducor, quod
submonitiones creberrimae ab iis, qui et S. Regiae Vestrae Maiestati et
Prussiae terris bene volunt, ad me perferantur, videcelit Magistrum Ordinis
aliud captare nihil, quam si urbs Magdeburgensis caperetur, ut copiis,
quae^{a)} in obsidione nunc sunt, iunctisque aliorum auxiliis, S. Regiae
Vestrae Maiestati terrisque his Prussiae molestus esse possit. Et ut certius
ac citra moram longiorem institutum suum conficiat, habet iam in eo exer-
citu aliquot equitum et militum ductores sibi iuratos, qui confestim re ibi
feliciter confecta inciperent suis stipendiis militaribus, ut sane hanc illius
deliberationem periculosissimam esse existimem. Ne quid autem, quod ex
re S. Regiae Vestrae Maiestatis terrarumque suarum esse posset, intentatum
relinqueretur, arbitrator meo iudicio interesse S. Regiae Vestrae Maiestatis
ac operae pretium futurum, si Maiestas Vestra apud S. Romanorum
Regem adhuc de suspensione proscriptionis in annos viginti, aut tempus
quoad fieri possit longissimum, ageret, his ducta rationibus, quod arbitria
transactio huius negotii, hoc prius non obtento, suscipi commode
nequeat. Esse autem suspendendae proscriptionis in S. Regiae eius aut*

Serenissimi fratris sui, Imperatoriae Maiestatis³⁾, potestate et autoritate, Magistro etiam, qui nihil aliud quam frivolis procrastinationibus explendi eius, quod in animo habet, agit, nolente aut contra dicente, quando iuri eius, quod se in terras Prussiae habere putat, nihil inde decederet. Esset etiam praeter imperatoriam dignitatem, si eius Maiestas ita coarctata esse^{b)} deberet, ut Regi necessario id benevolentiae dare non liceret, nisi consentiente prius subdito.

Itaque si illud S. Regia Vestra Maiestas disertis persuasionibus a necessitudine foederibusque et pactis innovatis ductis detineret, sane plurimum in eo negotio profectum esset. Sin vero hoc minime successerit, tum sane bello nihil praesentius. Quod quantum S. Regiae Vestrae Maiestati terrisque his molestiae allaturum sit, prudentius me S. Regia Vestra Maiestas intelligit. Quamobrem non video pro iudicii mei tenuitate, rebus sic stantibus, quid aliud nunc Maiestati Vestrae faciendum restet, salvo tamen in hoc S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio excellentissimo. Cui hoc, quemadmodum a me contendere dignata est, pro capto meo qualicumque communicare volui, minime dubitans S. Regiam Vestram Maiestatem hoc suum et terrarum suarum negotium sibi commendatissimum habituram. Quod mearum quoque fuerit partium, in hoc me fidelem clientem et vasallum, etiam vitae et fortunarum mearum periculo non parcens, S. Regiae Vestrae Maiestatis exhibebo. Quam hisce et feliciter et optime valere percipio. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

a) in ms. qui

b) in ms. esset

1) Ferdinandus I.

2) Volfgangus Schutzbar.

3) Carolus V.

N. 3687.

E Regio Monte, 2.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. vicencancellario,

pro exemplis litterarum regis Romanorum, ad negotium Pruthenicum pertinentium, sibi missis, gratias agit; rogat, ut instructionem legationis Alberti Kryski ad regem Romanorum et responsum ei ab eodem rege Romanorum datum sibi transmittat; quod de negotio castellani Posnaniensis [Andreae a Górka] sibi scripserit, gratias agit.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, NN. 1321, 1323.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 273-274.

N. 3688.

E Regio Monte, 3.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

duci Slucensi [Georgio Georgidi Olelkowicz]

oblata tabellarii occasione, felices rerum omnium successus ei precatur; equum gradarium, «non tam venustum, quam certorum passuum», quo pro corpore suo commode uti possit, sibi mitti petit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 274-275.

N. 3689.

S.l., 3.XI.1551.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
nuntiat se a duce Slucensi [Georgio Georgide Olelkowicz] equum gradarium,
quo pro corpore suo uti possit, petisse (cfr. N. 3688) et rogat, ut eius-
modi equum nomine suo a dicto duce accipiat et suo sumptu sibi tran-
smittat; aliquot petasones (schincken) et caseos mittit, ut eos regi tradat
et quattuor caseos sibi ipse sumat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 133v-134.

N. 3690.

S.l., 5.XI.1551.

Albertus dux in Prussia
senatui Caunensi
pro Ioanne Ziseman, cive Regiomontano, ut debitum quoddam, quo ei obligati
sunt («quod tot ad Famositates Vestras datis mandatis regiis ac nostrarum quoque literarum intercessione hactenus consequi non potuerit»),
tandem ei restituant.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 275-276.

N. 3691.

S.l., 5.XI.1551.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
negotium Ioannis Ziseman (Cziseman) commendat et rogat, ut in debita ei
pecunia a debitoribus tandem recuperanda ipsi adiumento sit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 134.

N. 3692.

S.l., 13.XI.1551.

Albertus dux in Prussia
Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,
excusationem eius «de intermissione responsionis» acceptat aegritudinemque
eius («febrem quartanam») moleste fert; de controversia inter Andream
Osiandrum et alios theologos suos prolixius refert; Confessionem Osiandri
mittit et iudicium suum sibi communicari petit.

Cfr. El. XXXIX, N. 1313.

Conc., HBA, B, K. 1174 (in Ostpr. Fol. deest).

S.P.D.

Illustris et Magnifice, Frater et Compater Charissime.

Literas, quas Magnificentia Vestra 8 die Septembris dederat, tradidit nobis consiliarius noster, Doctor Christophorus Jonas, et recitavit nobis omnia, quae Magnificentia Vestra fidei eius ad nos perferenda secrete iniunxerat. Excusatio Magnificentiae Vestrae de intermissione responsionis seu cessatione abunde nobis satisfecit, culpam vero et negligentiam famuli nostri, cuius mentionem Magnificentia Vestra fecit, aegre molesteque tulimus, et certiores facti de febris quartana, qua Magnificentia Vestra se correptam esse scribit, magnam sane molestiam cepimus, cum propterea quod eiusmodi morbus habeat durationem omni aetati et praesertim senectuti inimicam et periculosam, et cui facile mederi non possit, tum quia Magnificentia Vestra hoc turbulentissimo tempore maxime bonis viribus esse debebat, ut et privatis et publicis negotiis (more solito) praesto esse possit. Rogamus itaque et hortamur Magnificentiam Vestram, ut diligentissimam rationem eiusmodi febris habere et sibi certo certius de nobis persuadere velit hunc morbum nobis non minus curae cordique esse, quam si nos ipsos connivente Deo corripuisset, et praecabimur ardentibus votis Deum, patrem misericordiae, ut pristinam sanitatem Magnificentiae Vestrae clementer restituere et ad multos annos benigne tueri velit. Amen.

Quod attinet ad controversiam exortam inter theologos nostros^{a)}, intelleximus ex relatione consilarii nostri eam ita Magnificentiae Vestrae esse molestam, ut plus doloris et tristitiae Magnificentiae Vestrae, quam ipsa febris, attulisse videretur, cum quod haec discordia non solum eos, qui benignitate divina cooperante credentium coetui adhuc accrescere potuerint, absterreat efficiatque eos vere divini verbi doctrinae^{a)} contemptores, sed etiam eos, qui in discendo verbo Dei mediocre profectum fecissent, in summam dubitationem adducere et veteranis militibus^{b)} verbi Dei^{b)} exitio esse possit, tum quia hac discordia adversariis (pontificiis maxime sacrificulis) magna fenestra contemnendi verbi Dei et obrectandi esset patefacta. Rogavit itaque nos nomine Magnificentiae Vestrae diligenter et obnix, ut huic malo quam citissime finem faceremus, quippe quod ageretur de aeterno interitu innumerabilium animarum et maximo scandalo.

Haec et multo plura commemoravit nobis consiliarius noster ad mandatum Magnificentiae Vestrae, ex quibus etsi intelleximus hanc discordiam Magnificentiae Vestrae non minus quam nobis curae cordique esse, tamen animadvertimus quoque causam non usque adeo Magnificentiae Vestrae perfecte cognitam et perspectam esse. Ideoque operae pretium nos facturos esse putavimus, si absolute Magnificentiam Vestram de toto negotio certiorum faceremus.

Agitur iam tertius annus, quod reverendus et doctissimus vir, Dominus Andreas Osiander, a nobis Regiomontem est accersitus et receptus ad mandatum nostrum a senatu Veteris Oppidi Regiomontis et a senatu Universitatis, ut pro ordinario stipendio et concionatorem ageret, et munere publice docendi in schola fungeretur, quod hactenus summa diligentia praestitit. Ceterum statim sub initio (nescimus sane, an zelo pietatis, vel ambitionis stimulo aut morbo invidiae acciderit) quidam in schola ceperunt ei invidere et mordere clanculum, et omnia eius dicta et scripta sinistre interpretantes gravissime sane et atrociter per literas adversus eius dogmata nobis persaepe conquesti sunt. Etsi autem hoc incendium, divina benignitate cooperante, non infeliciter a nobis extinctum et deletum sit, eosque, qui nihil nisi publicam tranquillitatem perturbare noverunt, a schola nostra ablegaverimus, tamen alii in locum eorum successerunt, qui

multo virulentius et pertinacius Osiandri doctrinam, et praesertim de iustificatione, criminis haeresis accusarunt et damnaverunt. Cum autem iuxta statuta Universitatis nostrae disputatio a Domino Osiandro esset publice instituenda, proposuit themata de iustificatione hominis peccatoris et eandem materiam asseruit defendens, quam eius adversarii criminis haeresis prius accusaverant.

Etsi autem in publica disputatione, et nobis praesentibus, difficiliore oppositiones ab eo ita constitutae sunt, ut nobis et omnibus auditoribus (exceptis paucis quibusdam) omnino satisfacisse videretur, tamen animi quorundam per illam disputationem magis exacerbati sunt quam reconciliati, et hinc factum est, ut nullum finem culpandi Osiandrum et supplicandi nobis adversus doctrinam eius de iustificatione facere potuerint, iamque causa^{b)} adversus eum^{b)} ceperat agi palam a quibusdam doctoribus et magistris theologiae. Quod cum nobis nuntiatum esset, iniunximus utrique parti, ut invicem colloquia de articulo litigioso pie et amanter conferrent et locos pugnantes conciliarent. Quod ut felici succederet, praefecimus futuro colloquio Doctorem Andream Aurifabrum, Rectorem nostrum^{b)} tum temporis^{b)}, et Ioachimum Morlinum, Doctorem theologiae, ut nostro nomine, ubi opus esset, collocutoribus essent hortatores ad pietatem, concordiam, publicam utilitatem et amicitiam. Quod autem re infecta dies destinatus colloquio consumptus sit, altercatione potius quam legitimo colloquio id factum esse aiebant, commissum culpa partis accusatricis, quae extra processum iuris nihil proponere aut respondere in negotio principali voluerit.

Iniunximus deinde utrique parti, ut mutua scriptione conarentur exactam controversiam transigere. Id quoque recusaverunt accusatores, praetendentes se publice acturos esse adversus reum, non privatim, quippe quod is haeretica dogmata palam sparserit, et confessionem suam de articulo iustificationis in publicum editurus esset.

Confecta^{c)} est tandem Confessio et nobis exhibita. Eam communicavimus accusatoribus et iniunximus eis post modica intervalla temporis ter, ut nobis pro nostro interesse de ea sententiam suam exponerent, ^{d)}et adiecimus hanc pollicitationem^{d)}: nos operam daturus esse, ut iudicio Ecclesiae controversia propediem decideretur, iuxta provocationem utriusque partis. Ceterum ne hoc quidem ab accusatoribus impetrare potuimus. Et iterum praetendunt se in hac publica causa nihil privatim acturos esse, et provocarunt praeterea ad disputationem vel synodum, quas concedere non potuimus, cum quod haec controversia principaliter traxit originem ex disputationibus habitis a Domino Osiandro, et synodus super tam ardua et difficili discordia, quae partim decidenda est ex cognitione linguarum, partim vero in reconciliatione difficillimorum locorum Scripturae consistat, a pastoribus nostrarum ecclesiarum celebrari non potuit, non adhibitis doctoribus nostris theologiae, quibus, veluti accusatoribus, iudicandi et exequendi facultatem aequitas non permitteret; tum vero quod Doctor Morlinus, commissarius noster, et Doctor Stancarus, cuius opera in hac causa quoque usi sumus, a nobis defecerint et operam suam accusatoribus condixerint. Quae res magno sane dolore nos affecit, praesertim cum animadverteremus illos duos multo esse acerbiores et pertinaciores accusatores prioribus.

Cum itaque videremus nos destitutos esse opera et consiliis quodammodo nostrorum consiliariorum et theologorum, et causam mutuis conviciis potius quam modestia utrinque tractari, et subditos nostros fere omnes ad defensionem partis accusatricis adhortationibus publicis et persuasionibus clandestinis accensos esse atque paratos, et publicam tranquillitatem

propter hoc theologicum incendium periclitari, cepimus utramque partem et senatum urbis severius more solito adhortari, ut a conviciis abstinerent et officium suum in tuenda publica tranquillitate sedulo facerent. d) Et iterum significavimus eis d) nos vicissim effecturos esse, ut haec controversia iudicio ecclesiarum instauratarum propediem transigeretur.

Etsi autem mandata et rescripta nostra apud senatum urbis et partem ream plurimum auctoritatis habuere et ab iis obtemperatum sit, tamen apud accusatores nihil plane ponderis habuerunt, cepitque Stancarus, ille bonus vir, quem propter literas Magnificentiae Vestrae publicae lectioni praefecimus, et multis praeterea beneficiis ornaverimus, nobiscum de praesenti controversia non minus viva voce quam per literas satis imperiose expostulare et multa admiscere, quae ad statum causae non pertinebant et aliena erant a sua professione. Iniunximus itaque illi, ut lectioni suae praeesset et sineret nos ea, quae ad gubernationem Ducatus nostri spectarent, curare et exequi. Aegre molesteque tulit hoc Stencarus²⁾, et praesertim quod eius cupiditati regnandi non esset locus apud nos, et, conscriptis fictis quibusdam causis, veniam abeundi bis petiit. Ceterum, ne discederet non relicto post se aliquo foetore Italico, scripsit ad nos epistolam, glossulariis interpretationibus seu schematibus potius in margine copiose illustratam, quibus nos et consiliarios nostros, quorum opera ad componendam hanc controversiam usi sumus, et Dominum Osiandrum satis petulanter perstrinxit, et priusquam a Rectore nostro iuxta nostrum mandatum venia abeundi ei data est, clam hinc se subtraxit, et eum quasi exposito secutus est alius quidam de numero accusatorum. Hos de causa principali et adversus nos tam per literas, quam viva voce, multa perperam sparsisse in publicum non ignoramus.

Haec^{e)} commemorasse sufficiant de nostro studio et labore, quem pro reconcilianda illa controversia libenter et patienter praestitimus, et de petulantia et obtreptione et diffamatione, quas hactenus passi sumus, et partim^{f)} ab iis quidem, quos nostris expensis aluimus, quosque gratia et benignitate non vulgari persecuti sumus. Quantum vero molestiarum quidam, quibus adhuc victum et amictum largiter praebemus, et qui tutela et gratia nostra fruuntur, nobis in hac causa attulerint, Deo diiudicandum et vindicandum relinquimus.

Reliquum est, ut Magnificentia Vestra quoque ipsius controversiae statum plene intelligat, quem commodissime cognoscet, si Latinum exemplar Confessionis Domini Osiandri, his literis connexum, diligenter et saepius perlegat. Quam Confessionem accusatores asserunt non esse consentaneam verbo Dei et pugnare cum probatorum auctorum sacrae theologiae interpretationibus et cum Augustana Confessione. Quod an verum sit, cognoscemus Deo dante propediem ex legitimis et a nobis postulatis iudiciis instauratarum ecclesiarum, quorum magnum nos tenet desiderium.

Quandoquidem autem Magnificentia Vestra divina benignitate quoque veram teneat cognitionem articuli iustificationis nostrae coram Deo ex verbo Dei, eiusque ministros et confessores clementer foveat, alat et promoveat, quorum opera in decidendis eiusmodi controversiis uti possit, nos Magnificentiam Vestram etiam atque etiam rogamus, ut nobis, quid in hac causa definitive faciendum esse sentiat ex verbo Dei, iudicium suum communicare et nos excusatos habere velit, si quid adversus nos perperam dictum aut scriptum sit, et certo certius persuadeat sibi Magnificentia Vestra cupimus, controversiam illam in hunc modum a nobis iam relatum dumtaxat se habere. Scribant vel dicant obtrectatores nostri in posterum quidquid velint, et nos confidimus Magnificentiam Vestram adversus nos

eis nullam fidem habituram esse, et pollicemur Magnificentiae Vestrae, quod hanc controversiam iuxta legitima iudicia instauratarum ecclesiarum, statim atque allata fuerint, definitive decidere et consensum apostolicae et chatolicae²⁾ Ecclesiae super hac causa defendere et tueri volumus.

Haec Magnificentiae Vestrae secreto respondenda et communicanda duximus, quam iam convaluisse speramus, ac ut diu beneque valeat, ex animo precamur et rogamus Magnificentiam Vestram, ut moram nostram in respondendo boni consulat.

Exemplar Latinum Confessionis etc. ante paucos dies primum editum est. Datae etc.

a) in margine.

d)-d) in margine.

b)-b) supra lineam.

e) in margine pro expuncto in textu: Et haec

c) in margine pro expuncto in textu: Conscripta

f) supra lineam.

N. 3693.

S.l., 19.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Gregorio Tubitz, servitore suo, intercedit et petit, ne in legitima bonorum quorundam, «per lineam consanguinitatis ad se suosque devolutorum», possessione per regium fisci procuratorem turbetur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 276-277.

N. 3694.

S.l., 19.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

Gregorium Tubitz, servitorem suum, commendat et rogat, ut negotium eius de bonis quibusdam hereditariis Gedani habitis apud regem promoveat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 134-134v.

N. 3695.

S.l., 19.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

rogat, ut apud regem et Regni cancellarium (recte: vicecancellarium) operam interponat, quo ad finalem usque limitum determinationem liceat sibi miseros incolas villae Coadiuten sub tutelam et patrociniū suum suscipere.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 134v-135v.

Ahn Gabrieln Therla, den XIX Novembris anno 51.

Nachdem euch sonder zweifel ungeporgen, das wir zu mhermhale, wie auch nichts weniger in itziger unser nehisten personlichen gegenwarth, die ko.mt. zu Polan etc., unsern gned[ig]sten hern und g. lieben oheimen, der littawschen grenitzen halben, und domit dieselb einmahl vollend zum end gebracht werden muchte, anzulangen und zu bithen vorursacht, als können wir euch gnediger meynung nit vorhalthen, das vor etlich nicht whenig jharen ein orth landes, so ahn der littauschen grenitzen gelegen, Coadiuten genanth, von beiderseits den koniglichen und unsern commissarien inen^{z)} ein sequester bis zu gentzlicher orthierung der grenitzen geleet worden. Wiewol wir nun aus allerlei umbstenden und grunden keynen zweifel tragen, solch Coadiuthen in unserm theil landes mit billicheit gehore, so haben wir doch ko.mt. zu underthenigen ehren und gefallen in die sequestration beliebt. Dieweil wir aber befinden, den armen leuthen derselben jegendt zu mercklichem nachteil und vertrib gereicht, das sie kein gewiss heuptherschaft und schutz haben, seindt wir bewogen die ko.mt. hochgenanth zu bithen, ire mt. wolle gnedigst nachlassen, das wir die armen leuthe bis zu entlicher hinlegung der sachen in unsern schutz nehmen muchten und das mittlerzeit ire mt. gnedige vorschaffung thun wolte, domit jhe ehr jhe besser der ubrigen grenitz zihung abgeholfen.

Nun haben wir bey der ko.mt. kein entlich antwort erhalthen^{a)}. Ob wir uns unserer gelegenheit nach alher gegen der Tilsitt begeben, seindt uns die armen leuth zu Coadiuten mit hohen wehmütigen klagen angefallen, wie ir derselben inhalt aus beyliegender vorzeichnus und sonderlich darin zu sehen, wie einem armen manne sein haus verpflocketh und 2 seiner sohne verbrandt worden. Und demnach gelanget ahn euch unser gnediges sinnen und begeren, ir wollet in betrachtung desselben allen bey der ko.mt., auch dem hern cantzler¹⁾, dem wir gleichsals schreyben lassen, ein treuerer forderer sein, damit wir die armen leuthe in unsern schutz bekommen mochten, das die grenitzen mit dem ersten vollends verrichtet, auch den armen leuthen, sonderlich denjenigen, so sein sohn verbranth, rechts geholfen werde, euch in dem nicht beschweren. Das etc.

Greg. Schultz.

a) *correctum ex*: erlanget

z) *sic in ms.*

1) *Ioannes Ocieski, R.P. vicecancellarius.*

N. 3696.

S.l., 23.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,

notum facit se Erasmo Preuss, subdito suo Cracoviam profecto, mandasse, ut vina, ad usum aulae suae a Wunsam iam empta, acceptet et Regium Montem transvehat; rogat, ut eidem subdito suo in reperiendis plaustris ad transportationem vini idoneis adiumento sit.

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 99.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 135v-136.

N. 3697.

E Regio Monte, 28.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]

Ioannem Nimptsch, questuræ suae consiliarium, commendat et petit, ut servitori eius, Ambrosio Schellenberg, aliquot lastas cineris ex Cauna per Samogitiam Cleipodiam versus libere, sine telonei in Polangen solutione, transvehere liceat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 264-265.

N. 3698.

S.l., 29.XI.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,

rogat, ut apud regem instet, quo amicis Ioannis Ziseman dolose interfecti speciales litteras ad omnes praefectos et subditos regios dare velit, quarum auctoritate eo facilius homicidam, in Magno Ducatu Lithuaniae latitantem, ad supplicium de eo sumendum insequi possint.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 136v-137.

Ahn Gabrieln Therlaw, den 29 Novembris etc.

Edler und ernvhester, besonder lieber.

Wir fugen euch in gnaden zu vornhemen, das sich leider in unserm fursthenthumb im Ragnitschen zum Schwaben ein erbarmlicher fahl begeben, also das der ende weilandt, der ersame unser underthan und lieber getreuer Hans Ziseman, von einem Jochn Beckmann genandt entleibt und erschlagen worden. Und solle sich also zugetragen haben, das bemelther Ziseman, als ehr sich albereit zur ruhe begeben und in der nacht seiner notturft nach aufstehen wollen, habe der thetter auf inen gewarthet und inen unversehlicher weise mit einem stuck holtz erschlagen und also schendtlich ermordet und umbracht. Dieweil aber des entleibthen freundschaft in gewisse erfharung khommen, das sich der thetter in ko.mt. landen des grossfursthenthumbs Littawen verhalthen solle, und jhe pillich, das solch mort und ubelthat andern zur abschew ungestraft nit bleibe, so ist unser gantz gnediges sinnen und begeren, ir wollet bei der ko.mt., dere wir ditzfals auch schreiben lassen, sollicitiren und anhalthen, domit des entleibten freundschaft oder derselben bevhelhabere einen ko[nigliche]n schriftlichen bevhelich ahn ir mt. amptleuthe und underthanen erlangen und sie vermittelst desselben den gedachten ubelthetter in geburende haffung brengen und sich des rechten ahn ime erholen mochten, nicht zweifelnde, ir werdet euch in deme als einem christlichem werck und zu forderung der gerechtigkeit unbeschwerlich erzeugen. Das gereicht uns etc.

Ex relatione Marschalcki
Greg. Schultz.

N. 3699.

Ragnetæ, 4.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
regi Angliæ [Eduardo VI]
pro Adriano et Michaele Köseler, civibus Gedanensibus, Ioannis a Werden,
consulis et burggravi Gedanensis, consanguineis, invidiose ad regem
delatis («quasi factor ipsorum Lundini vita iam functus contra foedus,
ius, legemque consuetam civitatum maritimarum negotiatus sit, bonis
non suis, sed alienis et libertate illarum civitatum exclusis, atque ita
fraudaverit thelonia Regiæ Vestrae Dignitatis»).*
(Latine)
Ostpr. Fol., vol.54, ff. 281-283.

N. 3700.

Ragnetæ, 4.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
significat Ioannem Ziseman, civem Regiomontanum, a quodam Ioachimo
Bekman in Ducatu suo prope fines Lithuaniae «scelerate, nulla offensio-
nis causa praecedente, occisum esse», et rogat, ut rex interfecti hominis
necessariis, qui homicidam ad supplicium de eo sumendum insequi sta-
tuerunt, litteras ad omnes praefectos et officiales dare velit, quo facilius in
homicidam iustitia administrari possit.*
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 283.

N. 3701.

Ragnetæ, 4.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
Alberto Kryski, secretario regio,
pro exemplaribus legationis suae ad regem Romanorum, in negotio Pruthenico
peractae, sibi missis gratias agit.*
(Latine)
Cfr. El. XXXIX, N. 1323.
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 284.

N. 3702.

Tilsæ, 5.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
Francisco Bâtthyany (Batian)
consilium eius de recuperandis arcibus Huniad et Giulia, Friderico a Knobels-*

dorff communicatum, laudat et nomine suo et «impuberis nepotis» sui [Georgii Friderici marchionis Brandenburgensis] hanc eius diligentiam demereri promittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 285.

N. 3703.

Tilsae, 6.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

ad litteras regias de querelis subditorum reginae Bonae de subditis suis, per Andream Patrykowski, praefectum Jurborgensem sibi allatas, respondet.

Cfr. El. XXXI, N. 538.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 286-289.

Regi Poloniae, VI Decembris.

De querelis subditorum in finibus utrinque habitantium.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Missus a Sacra Regia Vestra Maiestate ad me nobilis Andreas Patrikowski, praefectus Jurborgensis, comprecatus est mihi ante omnia salutem et singularem Maiestatis Vestrae in me clementiam et favorem. Quorum omnium nomine S. Regiae Vestrae Maiestati reverentes a me habentur et aguntur gratiae. Ac vicissim S. Regiae Vestrae Maiestati salutem, debitam observantiam et rerum omnium felicissimos successus reprecor, Deumque oro, ut illis in diuturna tempora felix et incolumis fruatur.

Ceterum idem praefectus reddidit mihi quoque S. Regiae Vestrae Maiestatis litteras, quibus S. Regia Vestra Maiestas significat Serenissimam Poloniae Reginam, parentem Maiestatis Vestrae colendissimam, Dominam meam clementissimam, detulisse ad Maiestatem Vestram subditos meos usurpare sibi dominium^{a)} in subditos eius Maiestatis Reginalis usque adeo, ut etiam prata, silvas aliaque id genus, conniventibus praefectis meis, sibi in bonis eius Maiestatis vendicent; deinde et de illatis iniuriis debitam illis iustitiam denegari, quemadmodum id fusius habent litterae Maiestatis Vestrae. Et quidem quantum priorem partem attinet, infitias ire nequeo de die in diem subditorum inter se controversias crescere, idque ex eo, quod contentiosi limitum fines certo adhuc determinati non sunt, sed ex recessu utrorumque commissariorum adhuc indecisi pendent. Et quoniam eiusmodi loca in sequestro posita a subditis S. Reginalis Maiestatis in usum et proprietatem vendicantur, fateor me id neutiquam concedere posse nec velle, quippe quod primo in recessu commissariorum peccaretur, tum quod inde feudo meo ducali, a S. Regia Vestra Maiestate [et] inclito Poloniae Regno mihi concesso, non parum decederet. Quod tamen ego, non minus ac Maiestas Vestra Regia tueri, defendere sartumque et tectum, ut dici solet, conservare obligor, quemadmodum id vetera pacta, contractus et foedera, tam sigillis quam corporali iure iurando maiorum Maiestatis Vestrae, Regum Poloniae et Magnorum Lithuaniae Ducum, eiusque Ducatus procerum confirmata et stabilita, constituunt^{b)}. Quo factum, ut aliquoties de his ad S. Regiam Vestram Maiestatem scripserim, ipse quoque coram petierim, ut Regia Vestra Maiestas tam se quam me hoc onere mole-

stiarum levaret, diemque ac locum his contentionibus finium tollendis clementer indiceret. Verum cum hactenus obtineri per me nihil potuerit, ac ne consiliario quidem meo, nuper Vilnae apud S. Regiam Maiestatem relicto, certi aliquid in hoc casu responsum sit, non video, qua ratione postulatis S. Regiae Vestrae Maiestatis satis facere possim. Et licet S. Regiae Vestrae Maiestatis, ut Magni Ducis Lithuaniae, voluntati maxime locum dare cuperem, tamen obstant pacta et foedera, item ius iurandum S. Regiae Vestrae Maiestati et Regno Poloniae praestitum, ad quae conservanda et confirmanda aequae S. Regiae Vestrae Maiestas Poloniae Regno, ac ego, tenetur, quemadmodum ista prudentius me S. Regiam Vestram Maiestatem reputaturam minime dubito.

Quamobrem enixe S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut, consideratis his omnibus, auctoritate Magni Ducis Lithuaniae foedera et pacta, sigillis, literis et iure iurando stabilita, quod aliquoties se facturum pollicita est, salva et illaesa conservari clementer mandet, idque operam dare ne dedignetur, ut si praeter expectationem meam obtinere illud, quod a S. Regia Vestra Maiestate proxime petii, non potero, eas tamen ineat rationes, ut iuste, debite et pro contractus pactorumque memoratorum formula, ista controversiarum semina tollantur sopianturque. Quod meo iudicio commodius fieri posse non video, quam si ei negotio dies et commissarii a S. Regia Vestra Maiestate propediem designentur, aut recessui commissariorum, quem S. Regiam Vestram Maiestatem habere non dubito, satis fiat. In eo se S. Regia Vestra Maiestas meque hisce et plurimis praeterea liberaverit molestiis, feudumque hoc Regni sui Poloniae salvum ac illaesum conservaverit.

Quod praeter haec mutuas subditorum iniurias attinet, dictus est eidem praefecto Jurbergensi a me dies, quo auditis utrorumque subditorum querelis ipse mea praesentia iustitiam cuivis administrari mandabo, quodque ius et aequitas statuet, decernam, vicissim et illud pari ratione meis, qui non minora queruntur, administratum iri spero et precor, iterum autem atque iterum S. Regiam Vestram Maiestatem orans, ne aegrius ferat, si quod fines controversos attinet, postulatis S. Regiae Vestrae Maiestatis non satis factum fuerit. Quod facturam, si pressius rem ipsam consideraverit, non dubito, utque eo quoque nomine me parenti Maiestatis Vestrae colendissimae, Dominae meae clementissimae¹⁾, excuset, non minore observantia peto. Quam hisce diuturnae incolumitati commendo. Datae Tilsit^{c)}.

A. Muntzer.

a) in ms. dominum

c) pro expuncto: Vilnae

b) in ms. constituent

1) Bona.

N. 3704.

Instenburghi, 7.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de appellatione in causa inter Georgium Ritter, subditum regium, et Michaellem Schmidt, civem Regiomontanum, intercedente.

Cfr. El. XXXI, N. 540.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 278-280.

Regi Poloniae, VII Decembris.
In negotio Georgii Ritters et Michaelis Schmidt.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Posteaquam ex sententia iustificationis in causa appellationis inter Georgium Ritter, S. Regiae Vestrae Maiestatis subditum, et Michaelem Schmidt, civem Regiomontanum, lata et mihi exhibita cognovi, S. Vestram Regiam Maiestatem summa aequitate et clementia adniti, ut controversia illa ad proximum conventum Marienburgum, sive ubicumque ille primo vere futurus sit, penitus decidatur, idque ego quoque magnopere cupiam et exoptem, non potui facere, quin S. Vestrae Regiae Maiestati ea, quae plurimum ad eam rem compendii allatura sint, humiliter significarem et peterem, ut S. Vestra Regia Maiestas in his mihi benigne annuere dignaretur. Intellexi enim ex iis consiliariis, quos in Grudentino conventu nuper habui, potuisse vel illo ipso tempore absque ulla longiore mora, cum utriusque partis et aliorum damno affectorum magna commoditate, litem illam sopiri, nisi haec duo impedimenta obstitissent: alterum, quod inaequalis commissariorum ad eam causam utrimque designatorum numerus maximam protrahendae disceptationi occasionem praebuit; alterum, quod libera appellandi facultas partibus relicta erat.

Ne igitur, his non sublatis, nova mora ad proximum conventum huic negotio iniiciatur, tardiusque, cum magno partium dispendio, ad decisionem perveniatur, S. Vestram Regiam Maiestatem rogandam duxi, ut pro sua clementia et aequitate has occasiones suspendendae controversiae amoveat atque praecidat. Quod hoc pacto percommode fieri poterit, si S. Regia Vestra Maiestas novam commissionem ediderit, in qua certus iudicum utrimque constituendorum numerus expressus sit et illis ipsis potestas detur cognoscendi et iudicandi remota omni appellatione. Pluribus id a S. Vestra Regia Maiestate contenderem, nisi mihi persuasum esset S. Vestram Regiam Maiestatem id amore iustitiae et aequitatis tum etiam studio huius controversiae finiendae ultro facturam. Convenit hoc quoque pactis et foederibus, iuxta quae debere de hac causa disceptari et cognosci antea ad me perscriptum est. Dant enim hunc modum pacta, ut sex commissarii utrimque constituantur cum plena et absoluta potestate iudicandi et definitive decidendi, nec ullam appellationem admittunt.

Quamobrem plane confido S. Vestram Regiam Maiestatem hoc eo promptius concessuram, quo et compendiosius ad litem finiendam et aequitati naturali, pactis et foederibus convenientius videtur. Ego certe hoc ipsum magni beneficii loco a S. Vestra Regia Maiestate accipiam ac sedulo in hoc incumbam, ut omni gratitudine et perpetua observantia pro fide et officio meo debito id compensem. Bene ac feliciter valere S. Regiam [Vestram] Maiestatem et diu cum imperio florere ex animo opto. Datae ex arce nostra Insterburgensi.

D. Ionas.

N. 3705.

S.l., 7.XII.1551.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Ocieski, R.P. vicecancellario,

rogat, ut apud regem instet, quo in negotio inter Georgium Ritter et Michaellem Schmidt intercedente nova commissio instituat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 277-278.

N. 3706.

Insterburgi, 7.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Łaski

rogat, ut petitionem principum confoederatorum, de auxilio pecuniario eis concedendo ad regem Angliae institutam, apud eundem regem promoveat; nuntiat sibi, obsignatis iam fere litteris, significatum esse, regem Angliae clam subductum esse.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 280-281.

Ioanni Łaski, VII Decembris.

Reverende ac Generose, sincere nobis dilecte.

Scripsit nobis Generositas Vestra proximis literis, quid responsi apud Serenissimum Angliae Regem¹⁾ de mutuo quinquaginta millium aureorum obtinuerit, videlicet paratam esse Eius Regiam Dignitatem in eo se promptam ac benevolam exhibere, si illud mutuum unanimiter peteretur ab omnibus confoederatis Principibus, tum enim non illud tantum, verum etiam maius quoddam auxilium collaturam Eius Regiam Dignitatem esse. Quandoquidem autem nunc dicti Principes eo nuntium ablegarunt, ut nomine confoederatorum petitio ea instituat, clementer a Reverenda Generositate Vestra contendimus, ut eum in hoc negotio conficiendo iuvet. Quicquid enim ita per operam Reverendae Generositatis Vestrae obtentum fuerit, id debita observantia dicti Principes demereri studebunt. Nos quoque, pro nostra in Reverendam Generositatem Vestram benevolentia, studium et diligentiam eius hac ex parte praestitam clementer compensare non negligemus.

Ceterum Reverendam Generositatem Vestram celare nolumus, fere in harum obsignatione significatum nobis esse Serenissimum Angliae Regem clam subductum esse, nec sciri posse, quo pertracta sit Eius Regia Dignitas. Quod sane perquam dolenter audivimus, plurimumque nobis maeroris peperit. Etsi autem meliora speramus, tamen clementer cupimus, ut Reverenda Generositas Vestra, si quid tale accidit, nobis significet. Factura nobis rem gratam. Ad extremum duplices has literas scripsimus, idque eam ob causam, ut si alterae interciperentur, nihilominus tamen alterae ad Reverendam Generositatem Vestram pervenirent. Quod superest, cupimus Reverendam Generositatem Vestram peroptime valere. Datae Insterburg.

A. Muntzer.

¹⁾ *Eduardus VI.*

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae,
de annonae inopia et caritate, de eiusdem causis et remediis.*

Cfr. El. XXXI, N. 536.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 291-293.

Regi Poloniae, VIII Decembris.

Unde annonae caritas in his terris ortum habeat et quid facto opus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Redditae mihi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literae, quibus significat subditis suis, inopia rei frumentariae laborantibus, non concedi, ut ex Ducatu meo pro victu necessaria emant exportentque. Ut autem huic S. Regiae Vestrae Maiestatis subditorum inopiae et egestati condoleo, ita latere S. Regiam Vestram Maiestatem nolo, subditos meos eandem experiri sortem ac non minore penuria quam vicinos premi. Impediri autem vel prohiberi per me subditis S. Regiae Vestrae Maiestatis, ne res necessarias in ditione mea emant, officiosissime oro, ne sibi talia de me persuaderi a quoquam patiatur. Verum is observatur tam in Ducatu meo, quam S. Vestrae Maiestatis Prussiae terris, inter ementes et vendentes ordo, ut iuxta leges ex utraque parte olim constitutas, recessus initos, civitatum et oppidorum privilegia, rustici ad forum suum debitum et proximum res vendibiles primum venum ferant portentque, ne in villis et pagis clandestinis mercatibus civitatibus noceatur; merces autem in debito^{a)} foro ita iuxta urbis statutum venum expositas^{b)}, sive venditae fuerint sive non, tandem quocumque evehere et exportare cuius liberum est. Haec ita observari aliquoties per me mandatum est, si quid insuper committitur me inscio, ne fiat serio prohibebitur. Et licet aegre quisquam, ut sibi quilibet est proximus, illud, quo carere nequit, aliis ut vendat, cogi possit, dabitur tamen a me opera, ut laborantibus S. Regiae Vestrae Maiestatis subditis, quoad fieri potest, hac ex parte succurratur, quando humanum est, ut membra unius corporis mutua suppeditione et benignitate invicem utantur sibi-que subveniant.

Quod vero terras Prussiae haec insperata ac bello iniquior premit egestas et inopia, id procul dubio ex eo manat, quod citra aliquod discrimen frumentum magnis copiis in provincias et terras externas navigiis evehitur, ita etiam, ut aliquoties hactenus in plurimis Maiestatis Vestrae terrarum Prussiae Comitibus, antehac et proxime quoque habitis, praemonens de hac inopia, unanimum prohibitionem eius inordinatae exportationis obtinere non potuerim. Quod si nunc eadem solito durius a Deo premimur, ipsi nobis, qui commodum privatum publico praeferimus, imputemus necesse est. Quamobrem praestare existimarem, si per S. Regiam Vestram Maiestatem eiusmodi in terras externas exportationes certa lege et ordine coarctarentur ac mutuo utrinque assensu hac ex parte constitutiones legitimae ponerentur. Inde annonae caritas et plurima praeterea incommoda meo iudicio caveri possent. Quod ut pressius^{c)} secum S. Regia Vestra Maiestas expendat, quidque in hoc casu faciendum putet, mihi significet, oro. Tum

sane in me quoque desiderari nihil patiar. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati rescribenda duxi. Quae peroptime valeat. Datae Tilsith^{d)}.

A. Muntzer.

a) in ms. dubito
b) in ms. expositos

c) in ms. prestitis
d) in ms. Tilsith

N. 3708.

Tilsae, 12.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae,
rogat, ut Thomas Gedcantus, subditus regius, libertate nobilitatis, a Vitoldo
magno Lithuaniae duce maioribus eius concessa, uti frui possit.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 293-294.*

Regi Poloniae, XII Decembris.

Petit, ut Thomam Gedeautum nobilitate frui permittat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Exposuit mihi nobilis Thomas Gedcantus, subditus S. Regiae Vestrae Maiestatis, sibi suisque non concedi per praefectos Samogithiae libertatem nobilitatis, ab avis et atavis per lineam consanguinitatis acquisitam. Cumque maiores suos hac donatos esse a divo Wittoldo Magno Lithuaniae Duce probare possit, petiit, ut pro eo apud S. Regiam Vestram Maiestatem hoc nomine intercedere non dedignarer. Quod denegare illi honeste non potui. Quapropter S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut eum in ista libertate clementer conservare suisque praefectis Samogithiae mandare dignetur, ut ipsum hac citra aliquod impedimentum uti frui permittant^{a)}, neve ad labores et onera, quibus per hoc privilegium cum tota familia sua per praedictum Magnum Lithuaniae Ducem exemptus est, adigatur. In eo rem S. Regia Vestra Maiestas se fecerit dignam, mihi vero gratam debitaque observantia demerendam. Quibus S. Vestram Regiam Maiestatem optime valere percipio. Datae Tilsit^{b)}.

A. Muntzer.

a) in ms. promittant
b) pro expuncto: Vilna adscriptum.

N. 3709.

S.l., 12.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
pro Thoma Gedcantus (in ms. Gedcantt) rogat, ut negotium eius regi com-
mendet, quo libertate nobilitatis maioribus eius olim concessa («seiner
althergebrach[t]en adelichen freyheit») frui queat, neque in ea a non-
nullis Samogithiae praefectis perturbetur (cfr. N. praeced.).
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol., 45, f. 137.*

N. 3710.

Ragnetae, 15.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Moskiewski, vicecapitaneo Szawlensi,

Ioachimium Bekman, Ioannis Cisman (Zisman), civis Regiomontani, occisorem, in praefectura Szawlensi detentum esse nuntiat et rogat, ut interfecti propinquis certum diem dicat, quo in homicidam iudicialiter prosequi et perpetrati ab ipso facinoris testimonia exhibere possint.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 294-295.

N. 3711.

Ragnetae, 15.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Skaszewski, capitaneo in Kroże,

pro Ioannis Zisman (Cisman) propinquis, ut eis de eiusdem Zisman occisore, in districtu Szawlensi detento et incarcerato, iustitia administretur et ipse homicida poena capitis puniatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 295-296.

N. 3712.

S.l., 16.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

litteras eius una cum duobus equis a ducis Slucensis [Georgii Georgidis Olelkowicz] servitore sibi allatas esse nuntiat et gratias ei et duci Slucensi agit; a servitore autem eius, Bernardo Pohibel, equum cursorium sibi missum esse significat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 137v.

N. 3713.

E Regio Monte, 17.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

duci Slucensi [Georgio Georgidi Olelkowicz]

pro «eleganti munere duorum equorum» sibi misso gratias agit et officia offert; rogat, ut se «pro candido et consanguineo principe agnoscat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 296-297.

N. 3714.

S.l., 20.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,

124 aureos hungaricales mittit et rogat, ut Ioanni Alberto duci Megapolensi duos bonos equos Turcicos («2 gutte turckische rosse, es sei wallachen oder rennisch, die nurt gewisser beine und zum laufe geschickt») pro ea pecunia emat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 138.

N. 3715.

Vilnae, 26.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

pro nobili Ioanne Kemp, praeter omnem culpam suam (sed culpa ipsius reginae) ad solutionem cuiusdam debiti coacto.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 266-267.

Ad Reginam Poloniam, XXVI Decembris.

Pro Ioanne Kemp.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Petiit a me nobilis Ioannes Kemp, ut literis eum commendatitiis ad S. Reginalem Vestram Maiestatem prosequerer, quod dicat se elapsis aliquot annis literas inscriptionis a nobilibus de familia Kalkreuter concreditas habuisse, ut eorum nomine debitum quoddam, quo se iisdem literis Serenissimus Rex Alexander pia memoriae obligaverat, a Serenissimo Sigismundo Rege, consorte^{a)} Maiestatis Vestrae divo, exigeret; eas literas cum exhibuisset S. Regiae Maiestati eius legendas et inspiciendas, laceratas a Maiestate Vestra Reginali fuisse. Quo factum, ut nobiles dicti Kalkreuter ad solutionem eius debiti inscripti, videlicet ducentorum et quadraginta ungaricalium, hunc Ioannem Kemp adegerint. Quod et ipse solvere testimonio literarum, quas^{b)} penes se habet, coactus est.

Cum autem se praeter culpam ad eam solutionem compulsus dicat, petiit, ut hoc nomine apud S. Reginalem Vestram Maiestatem pro se intercederem, ut compensam aliquam eius solutionis obtinere, aut id, quod laceratae literae habuerant, consequi posset. Cuius petitioni honestae abnuere non potui. Itaque oro S. Reginalem Vestram Maiestatem, ut si ita, quemadmodum asserit, res se habet, aequitatis et damni boni huius viri respectu clementer, si qua ex parte poterit, eum iuvet. Fecerit in hoc S. Reginalis Vestra Maiestas rem studiose et mihi et huic bono viro demerendam. Quae bene valeat. Datae Vilnae.

A. Muntzer.

a) in ms. consortis

b) in ms. qui

N. 3716.

E Regio Monte, 30.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]
pro nobili Mauritio a Perskau, subdito suo, ut contra eius debitorem, iurisdic-
tioni capitanei Samogitiae subiectum, ipsi iustitia administretur.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 297-298.*

N. 3717.

E Regio Monte, 31.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
ad litteras regis pro Georgio Ritter intercessorias respondet: «Quod vero Geor-
gius Ritter nihil sibi restitutum queritur, ipse suae insolentiae impu-
tet, qui eorum nihil, quae vendicavit, coram commissariis probare
potuit; quo factum est, ut deficiente probatione nihil de restitutione
decretum sit».
(In magine: Diese copei ist mit noch Peterkau genomen).
(Latine)
Cfr. El. XXXI, NN. 537, 540.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 298-301.*

N. 3718.

E Regio Monte, 31.XII.1551.

*Albertus dux in Prussia
Isabellae reginae Hungariae
gaudet, quod, rebus in Hungaria maxime perturbatis, ipsa ab eiusmodi turbis
et periculis tuta sit et bona fruatur valetudine; animum ad inserviendum
paratum ei filioque eius offert; Conrado Lanckau sibi ab ipsa commen-
dato se adesse non posse respondet.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 303-305.*

Isabellae Reginae Hungariae, ultimo Decembris.
Officiosae literae Extremo facit mentionem de negotio Curt Lanckau.
Serenissima Regina, Domina Clementissima et Consanguinea Charissi-
ma.
Ex literis Reginalis Maiestatis Vestrae, Cassoviae die festo Lucae Evan-
gelistae datis, plurimum nobis delectationis accessit, quippe et longo tem-
pore desideratae literae, et Reginalis Maiestatis Vestrae clementem, pro-
pensum et amicum erga nos animum prae se ferentes. Quare non potuerunt
nobis esse non iucundissimae. Primo etenim, cum per totam Ungariam hoc
tempore res maxime perturbatae sint, uti communis fama tenet, liquido ex

iis cognovimus Reginalem Maiestatem Vestram et semotam ab his turbis et in loco tuto esse, tum etiam valetudine prospera uti. Quam ipsam valetudinem ut Deus Optimus Maximus in multos annos protrahat omniaque felicia largiatur, suppliciter petimus.

Quod autem Reginalis Maiestas Vestra filium suum Serenissimum¹⁾ nobis commendat, facit id pro arcta inter nos necessitudine et pro ea sollicitudine, quae naturaliter matri erga filium suum est insita. Nos hercle cupermus eam nobis facultatem a superis concessam, ut et Maiestati Vestrae Reginali et eiusdem Serenissimo filio plurimum prodesse possemus. Verum cum hoc fortuna nobis negatum sit, dabimus operam, ut animum saltem inserviendi promptum semper habeamus.

Ceterum, quod Reginalis Maiestas Vestra alteris literis pro servitore eiusdem Curt Lanckau ad nos intercedit, negotiumque ipsius commendat diligenter, cuperemus profecto causam eius esse talem, quae nostro arbitrio componi et transigi posset. Verum ipse in Cauna, Lithuaniae civitate, quo in loco homicidium admisit nostrumque subditum interemit, legitime proscriptus et bannitus est. Quare nobis non est integrum, ante illius proscriptionis abolitionem, ipsi salvum conductum dare, praesertim adversa sua parte tantopere reclamante, ut taceamus, quod ipse Lanckau nunquam serio cupierit huius rei caedisque transactionem, sed saltem purgare se hactenus (cum de crimine antea satis superque constet) sit conatus. Itaque Reginalem Maiestatem Vestram obnixè oratam facimus, ut nos excusatos clementer hoc nomine habeat, quod nos illi hac ratione gratificari minus possumus. In aliis omnibus, quod commode fieri poterit, studia et officia nostra Reginali Maiestati Vestrae prompta et amica semper praestabimus. Quam porro cum Serenissimo suo filio Deo omnipotenti longis temporibus salvam, florentem et felicem conservandam committimus. Datae ex Monte Regio, ut supra.

Constant[inus] S[ilvius].

1) *Ioannes Sigismundus.*

N. 3719.

E Regio Monte, 31.XII.1551.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. vicecancellario,

de causa inter Georgium Ritter, civem Toruniensem, et Michaellem Schmidt, civem Regiomontanum, intercedente (cfr. N. 3717).

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1332.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 301-303.

1552

N. 3720.

E Regio Monte, 1.I.1552.

Albertus dux in Prussia

Petro Royzio Maureo

pro binis litteris et pro novitatibus sibi significatis gratias agit et rogat, ut porro scitu digna sibi scribere pergat; fratrem eius sibi commendatum esse nuntiat.

Cfr. El. XLV, NN. 97, 98.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 314.

Petro Royzio, iuris consulto, 1 Ianuarii.

Salutem ac benevolentiam nostram.

Eximie ac Praeclare, sincere nobis dilecte.

Binas vestras litteras diverso quidem tempore, sed non longo admodum intervallo, accepimus. Quae nobis sane pergratae fuerunt. Habemus igitur vobis gratias magnas, quod tanto studio tantaque animi propensione ac diligentia scriptis nos vestris invisitis novitatesque nobis perscribitis. Quae etsi non sunt ex omni parte bonae et optatae, tamen pro huius temporis ratione earum nobis cognitio iucunda accidit. Itaque porro etiam atque etiam clementer postulamus et petimus, ut si quid praeterea cognitione dignum nostra comperti habueritis, communicare nobis dignemini idque efficere, ut litterae vestrae crebro ad nos veniant.

De fratre vestro nihil dubitetis, quin nobis ipsum commendatum habeamus, ubicumque enim vobis gratificari commode possumus, praetermissuri non sumus. Hisce bonum et felicem annum vobis precamur. Datum Monte Regio, ut supra.

C.S.

N. 3721.

S.l., 1.I.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

transmittit exemplar responsi, Isabellae reginae Hungariae in negotio Conradi (Curd) Lanckau a se dati (cfr. N. 3718), et rogat, ut id eidem Conrado Lanckau pervenire faciat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 142.

N. 3722.

E Regio Monte, 11.I.1552.

Albertus dux in Prussia

Lucae, Andreae et Stanislao a Górka

Christophorum Denstedt, consiliarium suum, mittit quaedam eis relaturum et rogat, ut ei suo nomine loquenti plenam fidem adhibeant.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 315.

N. 3723.

S.l., 12.I.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

nuntiat se palatino Cracoviensi et R.P. marscalco [Petro Kmita] scripsisse, ut consiliariis suis, ad Comitum Petricoviensium proxime futura profecturis, commoda deversoria reperienda curaret, et rogat, ut eius rei eundem palatinum admoneat, ne ob negotiorum multitudinem oblivioni detur.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 142v.

N. 3724.

E Regio Monte, 14.I.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Alexandro Sculteti, canonico Varmiensi.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 315-316.

Regi Poloniae in causa Alexandri Sculteti, canonici, 14 Ianuarii.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Supplicavit mihi Venerabilis Alexander Sculteti, canonicus olim in Frauenburg, ac vehementer subditeque a me petiit, ut se commendatione mea, quam sibi profuturam non mediocriter sperat, ad S. Regiam Maiestatem Vestram prosequi dignarer. Ego itaque precibus illius motus, et quod intelligam ipsum mala et sinistra informatione ad instantiam adversariorum suorum perversam a divo olim Sigismundo pia memoriae, inclito Poloniae Rege etc., proscriptum esse, suppliciter submissequae a S. Regia Maiestate Vestra oro, ut eandem proscriptionem dicti Sculteti clementer abolere et ipsum in pristinum suum locum et canonicatum restituere velit. Id erga S. Regiam Maiestatem Vestram debitis meis studiis, paratis officiis et obsequiis quovis tempore promereri conabor, non dubitans illum ipsum Sculteti perpetua reverentia et gratitudine compensaturum. Quam longis temporibus sanam, incolumem et florentem conservandam Deo Optimo Maximo committo. Datae ex Regio Monte.

C.S.

N. 3725.

E Regio Monte, 14.I.1552.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Clemente Hermann, subdito suo, negotium cum senatu Elbingensi habente, intercedit et rogat, ut rex palatino Marienburgensi [Achatio Czema] iniungat, quo controversiam hanc terminandam et subdito suo iustitiam administrandam curet.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 550.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 318.

N. 3726.

E Regio Monte, 14.I.1552.

*Albertus dux in Prussia
nuntiis Regni Poloniae
pro Alexandro Sculteti, canonico Varmiensi, a Sigismundo I olim rege iniusta adversariorum delatione proscripto et a canonicatu amoto, intercedit et rogat, ut pro eo operam suam apud regem interponere velint.*
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 316-317.

Ad nuntios Regni in causa Alexandri Sculteti, 14 Ianuarii.

Officia nostra amica et quicquid grati praestare possumus.

Reverendissime, Reverendi, Illustres, Magnifici, Nobiles, Generosi, Strenui Eximiique atque Prudentes Fratres et Amici perchari, ceterique sincere nobis dilecti.

Exponi nobis fecit Venerabilis Alexander Sculteti, canonicus olim in Frawenburgk, non sine magno animi dolore conquerens, quod sinistra informatione et instantia suorum adversariorum iniusta a divo quondam Sigismundo piaae recordationis Rege Poloniae etc. impetratum sit, ut aqua sibi et igni interdiceretur, proscriberetur atque a suo canonicatu amoveretur, maxime a nobis etiam atque etiam petens, dignaremur pro se ad Reverendissimas et Reverendas Paternitates, Illustritates, Magnificentias, Generositates Vestras, vosque reliquos omnes, amice, fraterne ac benevole hoc nomine intercedere, ut S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, pro abolenda ea proscriptione subdite rogare et vestra autoritate iuvare dignemini. Nos igitur precibus illius non prorsus iniquis moti, Reverendissimas et Reverendas Paternitates etc. ac vos reliquos omnes amice vehementer oratos facimus, ut ipsum intercessione vestra ad S. Regiam Maiestatem iuvare clementer ac gratiose velit, quo optati sui compos fiat, hasque nostras literas adiumento sibi fuisse intelligat. Id erga Reverendissimas, Reverendas Paternitates etc. vosque reliquos omnes amice, fraterne, benigne promerebimur, non dubitantes ipsum Sculteti perpetua reverentia ac gratitudine compensaturum. Quas porro Dominationes

Vestras bene feliciterque multos in annos valere percipimus. Ex Monte Regio.

Mutatis mutandis
Reginae Poloniae [Bonae]
Archiepiscopo [Nicolao Dzierzgowski]
Episcopo Cracoviensi [Andreae Zebrzydowski]
Castellano Cracoviensi [Ioanni Tarnowski]
Palatino Cracoviensi [Petro Kmita]
Palatino Calisiensi [Martino Zborowski]
Vicecancellario [Ioanni Ocieski]

C.S.

N. 3727.

S.l., 15.I.1552.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,
rogat, ut, si postulatum a se aurum et argentum nondum emerit, id tandem
emat et sibi quam citissime mittat.
(Germanice)
Cfr. El. XLV, NN. 99, 100.
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 142-142v.

N. 3728.

E Regio Monte, 16.I.1552.

Albertus dux in Prussia
capitano in Roggenhausen (in ms. Roghausen)
de controversia limitum inter Ducatum Prussiae et regiam Prussiae partem
componenda, praesertim de damnis et iniuriis, a subditis regiis pagi
Święte (Schwenten) subditis suis pagorum Gotschalksdorff [Goczalki] et
Thymau [Tymawa] districtus Riesenburgensis illatis, tollendis et prohi-
bendis.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 319-320.

N. 3729.

E Regio Monte, 6.II.1552.

Albertus dux in Prussia
Andreae Patrykowski, capitano Jurborgensi,
de die controversiis subditorum utrinque cognoscendis et componendis sta-
tuendo.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 323-324.

N. 3730.

E Regio Monte, 8.II.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. vicecancellario,

pro socru sua, Elisabeth ducissa Brunsvicensi et Luneburgensi), intercedit et rogat, ut ei permissionem quingentos boves in Regno Poloniae coemendi et eos libere, sine telonei solutione, inde educendi a rege impetret.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 324-325.

*) Cfr. N. 3627, n. 5.

N. 3731.

S.l., 8.II.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

pro socru sua, Elisabeth, marchionissa Brandenburgensi et comitissa Hennebergensi), rogat, ut apud regem et R.P. vicecancellarium [Ioannem Ocieski] instet, quo quingentos boves in Regno Poloniae emere eosque libere, sine telonei solutione, inde educere possit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 143.

*) Cfr. N. 3627, n. 5.

N. 3732.

S.l., 8.II.1552.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,

40 aureos hungaricales mittit et rogat, ut pro eis Achatio Czema, palatino Marienburgensi, bonum equum emat eumque quam citissime transmittat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 143v.

N. 3733.

S.l., 8.II.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

pro Marco (Marx) Rammel intercedit et rogat, ut a rege impetret, quo castrum Drahim (das haus Draheim), iam ei a rege promissum, post mortem prae-sentis tenutarii, Ioachimi Natzmer, ei concedatur.

Cfr. El. XXXIX, N. 1352.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 143v-144.

N. 3734.

E Regio Monte, 11.II.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. vicecancellario,

pro secretario suo Andrea Muncero (Muntzer), qui opera eius libertatem piscandi in mari Hab dicto a rege consecutus est, nunc vero, eadem libertate propter nimiam generalitatem litterarum regiarum a senatu Elbingensi impugnata, rogat, ut novas et magis specificatas de hac re litteras in commodum servitoris sui a rege impetrare conetur.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1337.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 325-326.

N. 3735.

E Regio Monte, 14.II.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Assuerum Brandt, capitaneum Tapiensem, et magistrum Lucam David, consiliarios suos, ad regem et Regni Comitia mittit et rogat, ut eos benigne audiat et nomine suo loquentibus plenam fidem adhibeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 321.

N. 3736.

E Regio Monte, [14.II.1552].

Albertus dux in Prussia

episcopo Cracoviensi [Andreae Zebrzydowski]

litterae credentiales pro Assuero Brandt et Luca David, consiliariis suis, ad regem et Comitia Regni missis.

(Sub textu: Mutatis mutandis:

Castellano Cracoviensi [Ioanni Tarnowski]

Palatino Cracoviensi [Petro Kmita]

Ioanni Comiti a Tantzin

Martino Zborawski

Iohanni Oziesski

Ad status Regni Poloniae

Archiepiscopo Gnesnensi [Nicolao Dzierzgowski]

Episcopo Wladislaviensi [Ioanni Drohojowski]

Episcopo Posnaniensi [Benedicto Izdbieński]

Episcopo Premisliensi [Ioanni Dziaduski]

Episcopo Camenecensi [Leonardo Słończewski]

Episcopo Plocensi [Andreae Noskowski]).

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1336.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 322.

N. 3737.

E Regio Monte, 15.II.1552.

Albertus dux in Prussia

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,
pro Bernardo Heidenstein, aliquot labores silvestres, a quibus per alia negotia
sua triennio abfuit, sub praefectura eius habente, intercedit, ne ob eius-
modi absentiam detrimenti aliquid patiatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 326-327.

N. 3738.

E Regio Monte, 2.III.1552.

Albertus dux in Prussia

*palatino Lanciciensi [Nicolao Jarand Brudzewski]
de causa ipsi cum Alberto Finck, subdito suo, intercedente.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1334.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 327-330.

Palatino Lancitiensi, 2 Martii.

De negotio inter Albertum Fink et Palatinum Lanciciensem.

Salutem ac benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, adiuncta Serenissimae R. Maiestatis Poloniae etc., Domini nostri clementissimi, epistula. Quarum sensum legendo clementer amiceque percepimus. Principio Magnificentiae Vestrae excusationem, quod in proximo termino iudicii Hohensteinensis, circa dominicam Invocavit propediem celebrando, propter praesentia Regni Comitiae, quibus interesse cogitur, comparere non potest, benigne admittimus Vestramque Magnificentiam tum suo nomine, tum propter S. Regiae Maiestatis intercessionem, excusatam hac vice habemus et terminum benigne prorogamus, non dubitantes, quin negotia sua in posterum hoc modo dirigenda et instituenda curabit, ut ad alterum ab hoc instanti iudicii die, qui circiter festum Pentecostes futurus est, uti Magnificentiae Vestrae per iudicem eius loci terrestrium deinde expressive significabitur, praesto esse, aut suos plenipotentes advocatos mittere possit. Cum autem Magnificentiae Vestrae vicem non parum doleamus, quod ea cum nostro subdito eiusmodi disceptationem et litem, qua animi mutua acerbitate accenduntur, sustinet, nec tamen negare iuris et fori praesidium cuiquam possimus, nos, pro singulari erga Magnificentiam Vestram benevolentia et favore, interea temporis pro virili operam dabimus, si quibus mediis et rationibus commodis hanc causam dirimere et transigere amicabili compositione sine strepitu et persecutione iuris ulteriore queamus. Quod si minus successerit, instituta legum iurisque via, tandem inchoatus processus finiendus erit.

Quod autem Magnificentia Vestra confirmationem eius iuris et donationis petit, quam Magnificentiae Vestrae uxor¹⁾ cum sorore germana a

piae olim memoriae Gregorio Obernitzky obtinuerat, hoc etsi praestare Magnificentiae Vestrae non gravatim vellemus, tamen nunc, lite mota et inchoata disceptatione forensi, id citra alterius partis praeiudicium facere nobis non est integrum. Nihil autem dubitamus, quin ea confirmatio, quae sigillo civitatis consueto munita est, tantum roboris habitura sit, quantum iure habere possit aut debeat, siquidem eiusmodi testimonia per se iuris ordine suam auctoritatem et robur firmum soleant obtinere. Quare Magnificentia Vestra hoc nomine excusatos nos habere non dedignabitur.

Extrema petitionis pars erat, ut Magnificentiae Vestrae advocatum et patronum ad venturum diem iudicii concedere dignemur, nominatim autem Doctorem Jonam²⁾, consiliarium nostrum, expresserat. Nos etsi in hac quoque parte Magnificentiae Vestrae libenter gratificaremur, tamen eandem clementer celare nolumus, quod ipsius Doctoris Jonae opera et consilio in causis gravissimis, quae undequaque per appellationes varias ad nos indies devolvuntur, nullo fere tempore carere hic possumus, multumque ipsius studio et industria in legationibus utimur, ut et domi sit perraro, et incerta ipsius praesentia. Itaque facile contingere posset, ut nec ad illa tempora iudiciorum consueta praesto esse et Magnificentiae Vestrae operam navare posset. Cum autem procul dubio in causa Magnificentiae Vestrae, si legitime definienda erit, ad nos provocatio futura sit, nobis ipsius consilio et iudicio tum maxime utendum erit. Nec dubitamus, quin pro aequitate et iustitia tantum et nobis et Magnificentiae Vestrae tum commodare poterit, quantum posset, si patronum et advocatum in causa ageret. Itaque Magnificentia Vestra patienter et aequo feret animo, quod eidem hoc tempore et in hac quidem petitione gratificari non possumus. In aliis, quibus commodum licebit, Magnificentiae Vestrae nostra studia amica pollicemur. Cui haec responsi loco remittenda duximus. Quam porro bene feliciterque valere optamus. Ex Monte Regio.

C.S.

1) Elisabeth de Siepre.

2) Christophorus Jonas, consiliarius ducis Alberti.

N. 3739.

E Regio Monte, 13.III.1552.

Albertus dux in Prussia

Galliae comestabili [Annae Montmorency]

pro benevolentia Ioanni a Werden iuniori exhibita («ut non solum ad Serenissimum Galliae Regem [Henricum II] aditum illi patefecerit, verum etiam gratiose consuluerit, ut linguae Gallicae cognoscendae imprimis navaret operam») *gratias agit et rogat, ut eum in posterum quoque commendatum habeat, quo* «et res bellicas videre et tractandorum armorum aliquam facultatem et usum sibi ipse parare, siquidem hisce de causis praecipue se ad Gallias contulit, queat»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 330-331.

N. 3740.

E Regio Monte, 18.II.1552.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Jurborgensi [Andree Patrykowski]
certiorem eum reddit se diem secundam Maii controversiis inter subditos suos
et subditos regios utrinque componendis statuisset.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 332.

N. 3741.

E Regio Monte, 18.III.1552.

*Albertus dux in Prussia
palatino Lanciciensi [Nicolao Jarand Brudzewski]
nuntiat Albertum Finck, subditum suum, cum quo ei intercedit controversia,
possessionem bonorum Mielno ipsi traditurum esse, si ei «pecuniam, eo
nomine mutuatam et expositam, infra instans festum Paschae Domini-
cae coram capitaneo Hohenstinensi certo restituendam curaverit».*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, NN. 1334, 1343.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 333.

N. 3742.

E Regio Monte, 23.III.1552.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
rogat, ut se excusatum habeat, quod litteras eius, ad regem Galliae inscriptas,
una cum litteris ad se datis a servitore suo Thoma Koch (vel Koss) sibi
allatas, per errorem resignaverit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 334.

N. 3743.

E Regio Monte, 23.III.1552.

*Albertus dux in Prussia
regi Galliae [Henrico II]
Thomam Koch, subditum suum, a Nicolao Radziwiłł cuiusdam negotii
nomine sibi commendatum et in Galliam proficiscentem, commendat et
rogat, ut eum benigne audire et negotium ipsi commissum promovere
velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 335.

N. 3744.

E Regio Monte, 2.IV.1552.

Albertus dux in Prussia

Ludovico Montio Mutinensi

litteras eius, 12.XII.1551 Tridenti datas, et reliquas eius litteras sibi scriptas se accepisse nuntiat; pro communicatis novitatibus gratias agit et rogat, ut saepius scribat et scitu digna communicet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 336.

N. 3745.

E Regio Monte, 2.IV.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, rogat, ut negotia sua apud regem et Regni senatores promoveat («ut tandem toties tamque crebro petentibus et supplicantibus nobis clementius aliquando in re non minus iusta quam aequa responsum detur»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 337-338.

N. 3746.

E Regio Monte, 5.IV.1552.

Albertus dux in Prussia

teloneario in Polangen

rogat, ut sex aureos, crucigeros nuncupatos, a servitore fratris sui Gulielmi, archiepiscopi Rigensis, telonei nomine acceptos, restituat.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 338-339.

Thelonario in Polangen, V Aprilis.

Cupit, ut aureos thelonei nomine solutos restituat.

Salutem et gratiam nostram.

Generose, sincere nobis dilecte.

Reverendissimi et Illustrissimi Principis ac Domini, Domini Wilhelmi Archiepiscopi Rigensis, Marchionis Brandenburgensis etc., fratris nostri charissimi, servitor Thomas Hess exposuit nobis, quod Generositas Vestra nomine thelonei illi vasculum quoddam detinuerit, nec prius dimiserit, nisi pignoris loco Generositati Vestrae daret sex ducatos sive aureos, quos vocant crucigeros. Cum autem certo constet vas illud pertinere ad praedictum Dominum Archiepiscopum Rigensem, considerare Generositas Vestra facile potest, quod ea detentio vel pignoratio contra communia iura et foedera, contra consuetudinem et usum totius Romani Imperii, contra denique libertatem omnium Electorum, Principum et Ducum, quorum res propriae ubivis gentium libere et sine vectigalium quorumcumque solutione transvehuntur, facta sit.

Quare Generositatem Vestram clementer adhortamur, ut causa ista propius et rectius considerata sex istos aureos dicto servitori Reverendissimi Archiepiscopi restituere dignetur, ne occasio illi praebeatur rem tam exigui momenti domino suo renunciare, unde non tantum animorum alienatio existere et vicinitas mutua laedi potest, verum etiam aliae dissidiorum causae oriri queunt. Hoc ipsum et vicinitati aequitatisque consentaneum est et nos clementer compensabimus. Datae ex Monte Regio, ut supra.

C.S.

N. 3747.

E Regio Monte, 6.IV.1552.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo, de negotio iniuriarum, a subditis regiis ex Samogitia subditis suis illatarum, cognoscendo et terminando se capitaneo suo Memelensi scripsisse nuntiat, illique mandasse, ut se hoc nomine ad eum conferret, speratque hoc negotium tandem compositum iri («ut subditi tandem nostri his gravaminibus, unaque nos et Magnificencia Vestra assiduis liberemur querelis»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 339-340.

N. 3748.

E Regio Monte, 6.IV.1552.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo, petitioni eius morem gerere volens, nuntiat se esse permissurum, ut servitori eius certam avenae quantitatem in Ducatu suo emere liceat («etsi apud nos quoque magna est penuria et caritas, qua et fere nobis pro aulae nostrae necessitate laborandum»); praeceptorem filii eius, commendatione eius accedente, commendatum se esse habiturum promittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 340-341.

N. 3749.

E Regio Monte, 8.IV.1552.

Albertus dux in Prussia

Procopio Sieniawski, dapifero Leopoliensi, rogat, ut se «quo citius eo melius» in bona sua Ducatui Prussiae finitima aut Neidenburgum conferat («Ibi quidam Generositati Vestrae literas et mandata nostra exponet ac de eiusmodi negotio cum ea nostro nomine verba faciet»).

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1346.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 341-342.

N. 3750.

E Regio Monte, 12.IV.1552.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Petro Plaman, cive Regiomontano, in cuius causa sententia Gedani lata
est, a qua pars adversa ad regem appellavit, intercedit et rogat, ut subdito
suo «citra longam dilationem» iustitia administretur.

(*Sub textu:* In simili forma scriptum est Ioanni Ociesski pro Petro Plaman).

(*Latine*)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 342-343.

N. 3751.

E Regio Monte, 18.IV.1552.

Albertus dux in Prussia
R.P. thesaurario [Spytconi Jordan de Zakliczyn]
tempore, quo annuum stipendium suum sibi numerari solet, iam elapso, rogat,
«ut commissionem edi instet, qua non tantum praeteritum illud sti-
pendium huius anni, sed et sequentium, semper nobis Marienburgi sol-
vatur».

(*Latine*)

Cfr. El. XXXIX, N. 1341.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 343-344.

N. 3752.

S.l., 18.IV.1552.

Albertus dux in Prussia
Gabriel Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,
rogat, ut apud regem et R.P. thesaurarium [Spytconem Jordan de Zakliczyn]
operam interponat, quo annuum suum stipendium non solum hoc anno,
sed quotannis Marienburgi sibi persolvatur.

(*Schedula: excusat se, quod ad proximas binas litteras eius nondum*
responderit).

(*Germanice*)

Cfr. El. XXXIX, N. 1341.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 145-145v.

N. 3753.

E Regio Monte, 23.IV.1552.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae*

tam per litteras, quam per Franciscum Żeliszewski requisitus, ut equos ei nonnullos pro grege mitteret, nuntiat se ei tres eiusmodi equos per Fabianum a Lehendorff, cubicularium suum, mittere («unum quidem ex gregibus meis procreatum, alteros vero, quoniam in meo stabulo haberi plures idonei non potuere, ab aulicis meis emptos»), et rogat, ut eos animo benevolo accipere velit.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 546.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 344.

N. 3754.

E Regio Monte, 25.IV.1552.

Albertus dux in Prussia

*Hieronimo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,
de iustitia subditis suis administranda.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 345-346.

Hieronimo Kotkowitz, XXV Aprilis.

Petit, ut administrationem iustitiae super utriusque subditos cum capitaneo Mimelensi suscipiat.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter dilecte.

Gratulamur Magnificentiae Vestrae adventui in confinia Ducatus nostri. Quod vero literis suis ad nos datis scripserit Magnificentiam Vestram honorifice in arce nostra Mimelensi tractatum esse, atque summas pro hoc nobis agit gratias, sane eo ad nos opus non fuisset. Cuperemus autem pro honore istic Magnificentiae Vestrae obtigisse omnia. Quod si fortasse pleraque votis Magnificentiae Vestrae non responderunt, absentiae id nostrae ascribat necesse est.

Ceterum Magnificentiae Vestrae servitorem audivimus, vicissimque responsum ei nostrum dedimus. Quid vero se Magnificentia Vestra recipit curaturam, ut post profectionem istinc Magnificentiae Vestrae subditis nostris iustitia administretur, summopere a Magnificentia Vestra cupimus, ut ipsa iustitiae administrationem, dum ibi praesens est, suscipere ne gravetur. Quandoquidem absente Magnificentia Vestra omnia sine fruge erunt, praesertim cum illi, quibus hoc officii Magnificentia Vestra demandare constituit, ex parte rea ac illorum aliqui ipsi delinquentes sunt. Idcirco Magnificentiam Vestram amice rogatam habemus, ut nostrae petitioni locum benigne suscipiat, ne si istinc profecta fuerit, controversiae infinitae his indecis manentibus porro proveniant. Fecerit hac in re nobis Magnificentia Vestra rem gratam ac benevolentia vicissim nostra compensandam. Quam bene valere optamus. Datae Regio Monte.

N. 3755.

E Regio Monte, 7.V.1552.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

pro subdita sua Jedamowa, vidua ex pago Rogallen districtus Iohannisburgensis, cuius olim marito capitaneus reginae in Wąsosz (Wagenschos) domum in eodem oppido Wąsosz habitam mulctae nomine accepit, intercedit et rogat, ut regina hac in causa commissarios constituat miserae viduae eiusque liberis iustitiam administraturos, atque efficiat, ut capitaneus suus Iohannisburgensis certior fiat, quid in hac re ab ea statutum sit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 347-348.

N. 3756.

E Regio Monte, 7.V.1552.

Albertus dux in Prussia

*Spytconi Jordan de Zakliczyn, R.P. thesaurario,
de annuo stipendio sibi numerando.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1341.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 346-347.

Spitkoni Jordan, Thesaurario, VII Maii.

Petit annum stipendium, et ut apud S. Regiam Maiestatem agat de stipendio posthac annuatim Marienburgi aut in certo aliquo loco numerari.

Salutem et benvolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, sincere nobis dilecte.

Ex literis Magnificentiae Vestrae nuper ad nos datis intelleximus, quo studio quave diligentia in promovendo nostro negotio apud S. Regiam Maiestatem etc. Magnificentia Vestra usa sit, ut scilicet stipendium nostrum annum posthac Marienburgi nobis numeraretur, verum S. Regiam Maiestatem nihil certi in ea causa statuere voluisse, quin potius id omne usque ad felicem Suae Maiestatis adventum Toroniam distulisse. Itaque pro hoc ipso Magnificentiae Vestrae studio magnas illi habemus gratias, relaturi olim, ubi occasio se dederit, et clementer et prolixè.

Quoniam autem terminus huius praesentis anni, festum videlicet Paschae, quo stipendium nobis numerari consuevit, iam pridem praeteriit, Magnificentiam Vestram iterum clementer amiceque admonendam duximus, det operam, ut pro hoc anno debitum stipendium nobis primo quoque tempore ac sine mora longiore dissolvatur, praesertim cum ad usus necessarios ea nunc pecunia indigeamus. Postea autem, ubi S. Regia Maiestas Toroniam aut Marienburgum venerit, non intermittet Magnificentia Vestra porro apud S. Regiam Maiestatem instare, ut certus locus constituatur, ubi deinceps annuatim id salarii accipiamus. Id Magnificentiae Vestrae quibus possumus officiorum generibus compensabimus. Datae Regio Monte, ut supra.

C.S.

N. 3757.

S.l., 7.V.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

nuntiat se a R.P. thesaurario [Spytcone Jordan de Zakliczyn] litteras accepisse sibi nuntiantes, regem post suum Toruniam adventum de loco annui stipendii sibi persolvendi decreturum esse, et se contentum declarat; rogat tamen, ut apud eundem thesaurarium instet, quo huius anni stipendium nondum persolutum sibi tandem numeretur; pro novitatibus scriptis gratias agit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXIX, N. 1341, XLIII, N. 111.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 145v-146.

N. 3758.

E Regio Monte, 9.V.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

regem recte fecisse asserit, quod eum, qui feras in silvis regiis depraedatus est, debita poena puniverit; in alios, cognita eorum culpa, se ipsum animadversurum esse promittit.

Cfr. El. XXXI, N. 552.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 348-349.

Regi Poloniae, IX Maii.

Scribit, quod recte fecerit, quod in eum, qui feras est insectatus, animadverti iusserit, de aliis se inquisiturum recipit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Accepi S. Regiae Vestrae Maiestatis literas, quibus scribit quosdam Ducatus mei subditos feras districtus S. Regiae Vestrae Maiestatis Mercensis depraedatos, atque ita unum ex illis, reliquis aufugientibus, supplicio mortis damnatum esse, postulans a me, ut in eius patrati criminis consortes pari quoque poena aliis exemplo animadverterem. Principio recte ac optime factum est, quod in delinquentem debita ratione animadversum est. Quod vero reliquos attinet, curabo, ut ii quoque, cognita eorum culpa, pari supplicio afficiantur, daboque operam, ut S. Regia Vestra Maiestas intelligat in submovendis eiusmodi facinoribus nihil in me desiderari. Mandavi enim praefectis meis, ut iuxta initos recessus et serio tales puniant, et meis quoque subditis eam depraedationem interdican. Quod si quis hac ex parte tam S. Regiae Vestrae Maiestatis, quam mea edicta transgressus fuerit, iure sibi ipsi supplicium imputet. Haec S. Regiae Vestrae Maiestati respondenda esse duxi. Cui veterem meam observantiam et studium deditissimum offero et defero, ac feliciter eam valere exopto. Datae ex Regio Monte.

A.M.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de Georgii Ritter, civis Toruniensis, technis et artificiis, causam remorantibus,
comprimendis.*

Cfr. El. XXXI, N. 555.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 349-351.

Regi Poloniae, XVII Maii.

Petit, ut frivolas Georgii Ritters dilationes causae coherceat et continuari actionem Toronii patiatur.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Retulerunt mihi commissarii mei ex conventu proximo Marienburgensi redeunt, quid in causa Georgii Ritter, civis Turoniensis, et Michaelis Schmidt, subditi mei, actum effectumque sit, nempe quod cum processum esset in causa iuxta Sacrae R. Maiestatis Vestrae sententiam iustificatorem, et vigore eiusdem sententiae Georgio Ritter mandatum esset, ut eidem per omnia pareret et debitam executionem praestaret, ipse eiusmodi praecepto commissariorum, ex autoritate decreti S. Regiae Maiestatis Vestrae illi dato, obtemperare noluit, sed ad S. Regiam Maiestatem Vestram, contra omnem iuris ordinem, provocavit. Etsi autem commissarii utrimque eiusmodi iniustae et frivolae appellationi deferre non potuerunt, reclamantibus legibus et consuetudine iudiciorum, tamen idem Georgius petulanter in suo proposito perstitit^{a)} atque ita prosecutionem causae principalis sua contumacia remoratus est. Ex quo cum clare appareat eum hoc unice agere ac studiose conari, ut totam causam immortalem reddat, nec ad debitum finem unquam perducatur, non potui id S. Regiam Maiestatem Vestram celare, tametsi mihi dubium non sit idem quoque a S. Regiae Maiestatis Vestrae commissariis expositum esse. Ne autem ob tam frivola appellationem interpositam causae prosecutio in infinitum protraheretur, constituerunt commissarii communi consensu eandem Toroniae, post felicem adventum S. Regiae Maiestatis Vestrae (si tamen id Maiestati Vestrae probabitur), continuare et prosequi.

Quare S. Regiam Maiestatem Vestram subdite et enixe oro, ut petulantiam et protervitatem Georgii Ritters sua autoritate regia serio cohercere velit eumque, postposita omni mora, adigere, ut sine tergiversatione causam inchoatam cum adversario absolvat et ab inanibus, iniquis et illegitimis remorantibus ac dilationibus in posterum absteat. Et siquidem S. Regiae Maiestati Regiae commodum videbitur eandem causam Toroniae ad constitutum a commissariis diem continuare, non recusabo meos commissarios ad eundem locum ablegare, ut tandem huic molestissimo negotio legitimus finis imponatur. Qua in re S. Regiae Vestrae Maiestatis benignum responsum expecto, idque erga S. Regiam Maiestatem Vestram quibus possum officiorum generibus subdite, sedulo ac officiose promerebor. Datae Regio Monte.

C.S.

a) in ms. praestitit

N. 3760.

E Regio Monte, 17.V.1552.

Albertus dux in Prussia

Gregorio Ościk Wirszyłło, castellano Vilnensi,

pro Iacobo Tirman, laminario suo, cuius causam ex incluso supplici libello intelligi posse asserit, intercedit et petit, «ut ipsius laminarii conditione et negotii totius statu considerato, primo conceptam indignationem remittat», deinde saluum conductum ei concedat, quo secure omnia cum ipso transigere queat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 351-352.

N. 3761.

E Regio Monte, 1.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

senatui Lublinensi

rogat, ut instrumentum organicum, ad reparandum Lublinum avectum, perquirant et subdito suo Lucae Hardar restituant.

Ostpr. Fol., vol. ff. 352-353.

Senatui Lublinensi, I Iunii.

Scribit, ut de instrumento organico, quod organicen hinc reparandum avexit, perquirant et Lucae Hardar tradant.

Famati et Prudentes, sincere nobis dilecti.

Annis superioribus, cum hic apud nos esset Famositatum Vestrarum organicen Georgius, dedimus illi instrumentum quoddam, quod regale vulgo vocant, reparandum, quod et hinc secum apud vos emendaturus avexit. Quandoquidem autem significatum nobis est ipsum excessisse vivis, duximus scribendum esse Famositatibus Vestris, ut haud gravatim istic perquiri curarent de hoc ipso organico instrumento nostro, ut, sive sit emendatum sive non, recuperare illud possimus, atque hoc Famato huic subdito nostro Lucae Hardar porro nobis mittendum ut tradant, clementer cupimus. Qua in re Famositates Vestrae nobis fecerint gratum ac clementiam vicissim nostram demerendum. Datae Regio Monte.

A.M.

N. 3762.

E Regio Monte, 3.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

rogat, ut in negotio Gregorii Tupitz, servitoris sui, de uno conventu in alterum reiecto et dilato, rex sub suum Toruniam adventum tribus prioribus commissariis tres insuper adhuc addere velit, scilicet Achatium Czema, palatinum Marienburgensem, Ioannem Ocieski, R.P. cancellarium, et Gabrie-

lem Tarło, R.P. incisorem, qui, prioribus coniuncti, negotium servitoris sui sine ulteriore procrastinatione componendum suscipiant.

(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Ioanni Oziesski pro eodem Gregorio Tupitz).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 353-354.

N. 3763.

S.L., 9.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel

rogat, ut domino suo, Gabrieli Tarło, in memoriam revocet, quo apud regem instet de annuo stipendio suo sibi Marienburgi numerando.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 146v.

N. 3764.

E Regio Monte, 14.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

relictæ viduæ Simonis Mitzkeit, Samogitæ,

de cantharo argenteo, marito eius olim vendito, Gulielmo Muss, civi Regio-
montano, eodem pretio revendendo.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 355-356.

Simonis Mitzkeit in Samogithia relictæ viduæ, 14 Iunii.

Petit, ut cantharum argenteum^{a)} Wilhelmo Mus pro eo pretio, quo emit, emendum vicissim concedat, aut saltem pondus, granum argenti et pretium emptionis perscribat.

Salutem ac benevolentiam nostram.

Nobilis ac Generosa, sincere nobis dilecta.

Significavit nobis subditus noster ac fidelis dilectus Wilhelmus Muss, civis Regiomontanus, una cum sua coniuge, quod non exiguo damno afficiantur ab adversaria sua parte propter cantharum argenteum venditum. Cum autem is cantharus domino et marito olim vestro, cui Deus sit propitius, venditus dicatur, vehementer a nobis subditeque petierunt, ut hoc nomine ad vos scribere dignaremur. Quare a vobis clementer postulamus, ut cantharum illum argenteum pro ea summa pecuniæ, qua vos emistis, nostro subdito vicissim vendere ac restituere velit. Quod si autem hoc facere vobis non est integrum aut commodum, tunc clementer postulamus, ne gravemini nobis perscribere, quantum in pondere is cantharus habeat, quale sit argentum in valore et grano, quo item tempore et quanto pretio

emeritis. Hoc nobis ita gratum feceritis, quod clementia nostra compensabimus. Datae XIII Iunii.

C.S.

a) in ms. argentuum

N. 3765.

E Regio Monte, 14.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

palatino Ravensi [Andreae Sieprski]

pro subdito suo Georgio Thalau, qui ante aliquot annos cum filio eius in aula ducis ludens, certam pecuniae summam lucratus est, ita ut filius eius subdito suo centum taleros, sic alea perditos, solvere deberet, quos cum hactenus non solverit, rogat, ut det operam, quo subditus suus sine mora centum illos taleros, «quos aequo iure postulat», consequatur.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1335.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 356-357.

N. 3766.

S.l., 18.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

rege Torunia Gedanum brevi iter facturo, rogat, ut nomine suo subdite ab eo petat, quo ex itinere in oppidum suum Marienwerder (Kwidzyn) devertat et ibi pernocket; cum ob angustiam temporis ipse regi obviam ire non possit, consiliarios suos vice sua regem digne excepturos esse nuntiat.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 146v-147.

Ahn her Terla, den 18 Junii.

Edler und ernvhester.

Nachdem wir diese stunde erfaren, das ko.mt. zu Polan, unser gnediger her und freundlicher lieber oheim, von Torn uff nehisten mittwoch unvorsehens aufbrechen und sich furder nach Marienwerder und Dantzick begeben werden, sodann ir mt. ahne das ir ko.mt. lehen und unser stedtlein Marienwerder durchzihen müssen, ist ahn euch unser gnediges begeren, ir wollet die ko.mt. ins underthenigste und freundtlichste von unserntwegen bitten, das sie unbeschwert als der gnedige her und oheim sein wolden, nitt voruberzihen, ir nachtleger aldo haben und uff unser gering heusslein und stedtlein Marienwerder sich begeben und daselbst mit uns, wie es in eyll gescheen magk, vor lieb nhemen und aldo in irem eygenem lande selbst her und wirt sein^a).

Wir wolthen auch gerne die ko.mt., wie sich dan des billich geburen solte, daselbst zu Marienwerder eygner person annhemen. Weil aber die zeit kurtz, darob wirs in diesen schweren zeiten und unserm tragenden al-

ther nitt wol so eylende nach gebur zu erreichen, haben wir es diessmahl unser person halben, wiewol nitt ane gross leidt und schmerzen, dieweil wir jhe sein mt. in dem unsern gern sehen, ab – und erlassen müssen, doch ahn unser stadt unser rethe in annhemung hochemelther ko.mt. geordnet und weniger bestellung, wie in dieser teurung und unbequemen zeit seyn kann^{b)}, welche irer mt. warthen und, was sie schaffet, thun sollen. Dess wir euch hiemit in eil nit pergen wollen etc.

Cancellarius legit
Hen[ricus] Stend[rich].

- a) *sequitur expunctum*: wollen
b) *sequitur expunctum*: geordnet

N. 3767.

E Regio Monte, 21.VI.1552.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
quod regem Quidzini non inviserit, se excusat et rogat, ut rex iis, quae in
adventu eius in Ducatum suum ipsi oblata sunt, contentus esse velit.
Cfr. El. XXXI, N. 556.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 358-360.*

Regi Poloniae, XXI Iunii.

Orat, ut excusatum se habeat, quod eius Maiestatem in Quidzin non inviserit, petitque, ut iis, quae Deus in hospitando largitus fuerit, clementer et boni consulat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

S. Regiae Maiestatis Vestrae literas, Toroniae XVII Iunii datas, magno cum gaudio accepi, quippe et desideratae et multis mihi nominibus iucundissimae fuerunt literae. Principio enim non exigua laetitia affectus sum, quod S. Regia Maiestas Vestra in has terras Prussiae salva atque incolumis, Deo auxiliante, advenit, is porro S. Regiae Maiestatis Vestrae inceptum hoc iter clementer fortunare, provehere ac gubernare dignetur. Nec minori mihi gaudio fuit, quod intellexi S. Regiam Maiestatem Vestram ad oppidum Quidzin huius Ducatus Prussiae ex itinere deflexuram esse. Nam cum a multis iam inde annis nihil magis exoptaverim, quam ut S. Regiam Maiestatem Vestram in hoc ipso suo regio feudo salvam incolumemque aliquando videre et convenire mihi liceret, quid mihi accidere potuit gratius, quidve optatius? Quamquam autem prorsus statueram S. Regiam Maiestatem Vestram in dicto oppido Quidzin sive Insula Mariae, ut vocant, subdite et amice invisere, tamen et propter ingravescentem aetatem meam et propter temporis angustiam commode nunc fieri non potest. Quare S. Regiam Maiestatem Vestram, ut hoc me nomine clementer excusatum habeat, etiam atque etiam vehementer rogo. Daturus operam, ut S. Regiam Maiestatem Vestram posthac et brevi quidem in suis his terris Prussiae morantem convenire queam. Utinam autem in hac tanta celeritate res omnes ita constitutae essent, ut S. Regia Maiestas Vestra pro dignitate sua et voto meo reverenter excipi hospitioque in Quidzin tractari liberaliter largeque

possit. Quod cum aegre mihi in hac temporis angustia sperandum sit, S. Regiam Maiestatem Vestram subdite et amice rogatam facio, ut iis interim, quae Deus benigne largitus fuerit, quaeque S. Regiae Maiestati Vestrae libentissimo ac propensissimo animo suppeditabuntur, clementer contenta esse ac boni aequique consulere velit, utaturque S. Regia Maiestas Vestra eo loco et oppido, ceterisque meis omnibus, non tanquam hospitio, sed sicuti suis propriis regiis bonis, uti etiam revera sunt ista feudalia omnia. Hoc mihi omnino gratissimum accidet, ac reputabo maximam me inde gratiam retulisse, si cognovero S. Regiam Maiestatem Vestram serena fronte istis modicis meis fortunis usam esse. Quam porro omnipotenti Deo ab omnibus periculis corporis ac animae protegendam ac diu felicissimam florentemque conservandam committo. Datae Regio Monte.

C.S.

N. 3768.

E Regio Monte, 21.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

Petro Kmita, palatino Cracoviensi, R.P. marscalco,

regem «in hoc suscepto suo itinere Prutenico» convenire et invisere cupiens, et existimans ad eiusmodi suum cum rege conventum Gedanum esse locum maxime idoneum et commodum, rogat, ut operam dare velit, quo commodum sibi et servitoribus suis, «ac pro ducentis plus minus equis», hospitium Gedani reperire queat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 357-358.

N. 3769.

E Regio Monte, 21.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,

de cras futuro regis in Marienwerder (Kwidzyn) adventu gaudet; dolet, quod ob temporis angustiam regem ipse excipere debitosque honores ei tribuere non poterit; petit se coram rege hoc nomine excusari.

Cfr. El. XLIII, N. 112.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 147-148.

An Gabrielln Therla, den 21 Junii.

Wir haben aus euerm schreyben, den 18 Junii zu Thorn datirt, verstanden, das die ko.mt. zu Polan etc. uff nehiste mittwoch, den 22 Junii, von Thorn nach Marienburgk zihen und zu Marienwerder ein nachtleger halthen wirdt. Mit fernerm anhang, das wir uns darnach zu richten und die ausrichtung zu bestellen etc. Nun sein wir gewisslich ob solcher ankunft ko.mt., die der liebe Gott mit gnaden verleyhen wolle, hochlich erfreuet, und wolt Gott wir konthen in solcher eyl, wie wir wol gerne wolthen, ir ko.mt., als unsern g. und lieben lehenhern, und derselben mithabenden hoffgesind viel undertheniger ehr und guttes willens erzeigen, so were es uns deste lieber, wolten auch keinen uncosten disfals sparen. Weil aber die

zeit sehr kurtz, das die ausrichtung auf eynen solchen gast nitt notturftig und statlich gnug bestellt kan werden, so gelanget ahn euch unser gnediges begeren, ir wollet die ko.mt. von unserntwegen undertheniglichen bitten, sie wolte uff diessmahl mit diesem, wess der liebe Gott derorth bescheeren wirdt, gnediglichen zufriden seyn und fur lieb annhemen, auch in diesem und allen andern orthern irem koniglichen lehen nach derselben willen und gefallen allenthalben gebaren, gnediger her und selbst hausswirdt seyn, wie wir dann s.ko.mt. gleichfals in unserm schreyben gebethen, nich zweifelnd, ir ko.mt. werden den underthenigen willen fur die that nhemen und uns auch gnedigst entschuldiget halthen, das wir nitt eygener person, wie wir uns wol furgesetzt, zu Marienwerder oder auch nach zuvorn im einzug in diese lande erschienen und unsere geburende underthenigkeit erwiesen, dan wir uff diessmahl unsers schwachen althers und der kurtzen zeit halben solchs nitt haben beibringen mogen. Wollen aber ire ko.mt. in kurtz euerm guttduncken nach nachmals underthenigst ersuchen und gegen der ko.mt., als unserm g. lehnhern, aller geburenden underthenigkeit erzeigen, pittend, wollet uns s.mt. befelen und das sie gnedigster her seyn und bleiben wolte, bitten etc. Welchs wir euch uff euer schreiben zur antwort in gnaden nit pergen wolthen, dann euch seindt wir mit gnaden gewogen. Datum Kungspregk den ut supra anno 1552.

Cancellarius legit
Constantinus Sil[vius].

N. 3770.

E Regio Monte, 23.VI.1552.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,
pro binis litteris gratias agit; negotium annui stipendii sui sibi Marienburgi
persolvendi apud regem promoveri petit; alia negotia commendat; certior
fieri cupit, quamdiu rex Toruniae moraturus sit; de Stephani palatini
Moldaviae propositis pacificis dubitat; pro novitatibus Italicis sibi com-
municatis gratias agit.*

Orig.

HBA, B, K. 1174.

Ich hab von euch, lieber guter freund Derle, newlicher zeit zwey schreiben bekumen: das erste pald ehe, wen das ich e.l. den 16 Junii datiret, bekumen; das ander mit nehm meinem diner. Und thu mich ewers ersten schreibens sambt zugeschick[t]en newen zeitungen, nicht weniger auch der itzigen, ganz hochlich bedancken. Was nun aus allem schreiben belangen ist dy 4000 fl., mus und wil ich, auch weil es nicht anderst sein kan, geduld tragen bis k.mt. kegen Dorn, des ankunft auch der almechtige Got gluckseligen wolle, beruhen lassen. Bitte aber, wollet allen fleis furwenden, domit ich nicht lenger verzogen und mihr das nicht war werde, so mir wargesaget, als nemblich wo es nicht pald beschehe, das ich zu Margenpurgk nichts bekumen werde etc.

Wie ir auch in nehm schreiben melden thut, das am dato des 25 Aprilis zu sehen, das der briff durch ursachen, so angezeigt, hinterstellich pli-

ben etc., doch meldet, was an geheimen orten mit k.mt. durch euch geredet, und darneben trosten thut mit anzeigen, was sich pisweilen zutragen thut, das ir doch verner anhalten wollet trostlicher hofnung, man wurde mihr gnediglich und freuntlich wilfaren mit den ochsen^{a)}, als wol meiner lieben mutter, als doctor Koch, so bitte ich abermols aufs hogste, ir wollets nicht vergessen und zu erhalten allen fleis auf das vorderlichst furwenden.

Ir meldet auch, das ir mihr nicht gancz gewis schreiben kunt, wo und an welche ort sich k.mt. von Dorn begeben werde, ir versehet euch aber, das k.mt. nach gehaltne[m] dag zu Doren, Margenpurgk, Danczig, fileich[t] auch Melwingen besuchen werde, aber nicht lang doselbst verharren, mit erbiten etc. [...]^{b)} und wil weiters schreibens ewerm erbiten nach erwarten und bitte, ab k.mt. zu Doren lang verharren wolte, das ir mihr solches vorderlich mitdeylen wollet. Ob auch k.mt. nach Margenwerder sich begeben wurde, hab ich ewerm trewen rat nach dem ambtman, gerust zu sein, bereit befohlen. Hoffe zu dem lieben Got, s.k.mt. sollen nach itziger gelegenheit und deurer zeit eine notdurft bekumen.

Und ab ir mihr wol itziger zeit nicht schreiben kunnen, ab k.mt. sich weiter in mein furstendum, s.k.mt. lehen, begeben werden, so bitte ich doch zum hochsten, ir wollet noch fleis furwenden, solches zu erfahren und mich zeitlich verwarnen, domit ich mich auch kegen s.k.mt., als ein getreuer lehenman und^{c)} unterdeiniger dyner, sofyl muglich und mihr in der eile auszupringen, gleichwol einen trewen diner erzeige.

Der dancksagung der zugeschickten zeitung, thut dy dancksagung nicht von noten, und ist nicht zu ferwundern, ab si wol nicht alle gleich schinen, den dy welt diser zeit so unbestendig, das man auch schir nicht weis, wo man glauben solle, und verlanget auch selbst im grundt zu erfahren, ab es mit herczog Moricz¹⁾ also sey, den ab wol von euch durch iren diner etwas weiter angezeigt, kan ich doch in meiner dorheit mich nicht anderst vermuten und thun, wy Tomas ist ader wurt aber war, so wurt der spruch im psalm bekreftig[t], do der profet saget: nolite confidere in principibus et in filiis hominum, in quibus non est salus etc.

Das Steffen Wallach²⁾ einen ewigen frid durch seinen boten suchen und begern thut, kan ich nicht sehen, ab wol der fride gut, weil der, so Turck worden, ane zweifel sich in solchen nicht einlassen wurt, was k.mt. zu raten, und ist sein tiraney hoch zu scheuhen, den dy pringet auch keinen glauben. Bitte, was dy abfertigung, mihr sofyl muglich und zimlich, mitzudeylen.

Leczlich thu ich mich der wellschen zeitung, so euch in abfertigung zukumen, bedancken. Pin aber in obgeschriben bedencken mit einem, wy mit dem andern, den ich kan noch in datis von solchem allem gar nichts gruntlichs erfahren. Bitte, wollet mihr dy ubrigen alle auch mitdeylen, so noch nicht abgeschriben. Was ich auch fur gewis bekum, sol euch auch ungeporgen pleiben.

Was Dobrikofsky³⁾ betrifft, wil ich mich ewer furbit nach und seinem begern erzeigen. Befele euch hiemit Gottes gnaden. In eile Kunigspurgk den 23^{d)} Junii anno 1552.

Albrecht der elter etc.

a) in ms. oschen

b) *duae lineae in textu prorsus deletae.*

c) in ms. *bis scriptum.*

d) in ms. 3 Junii, dum in textu de litteris 16 Junii datis sermo est.

1) *Mauritius elector Saxoniae.*

2) *Stephanus VI Rareš, palatinus Moldaviae.*

3) *Ioannes Dobrzykowski, succamerarius Plo-censis.*

N. 3771.

E Regio Monte, 24.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Jabłoński

nuntiat se curasse, ut iuxta eius petitionem annuum stipendium ex aerario suo ducali sine mora et dilatione ipsi numeraretur.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1345.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 360.

N. 3772.

S.l., 28.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

mittit exemplar litterarum marchionis Ioannis recens ad se datarum; Ioannem Lehwaldt, subditum suum, litterarum exhibitozem, commendat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 148-148v.

N. 3773.

E Regio Monte, 30.VI.1552.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vlnensi, M.D.L. cancellario,

pro Stanislaŏ Sperka, puero adhuc impubere («quo in concentibus nostris musicis utimur»), ad quem post patris mortem bona quaedam hereditario iure devoluta sunt, intercedit et rogat, ut causam huius pueri sibi curae habere velit, ne a consanguineis eius, eiusmodi bona ipsi adimere volentibus, de eorum possessione deturbetur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 360-361.

N. 3774.

E Regio Monte, 1.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

palatinae Lanciciensi [Elisabeth de Sieprc Brudzevska]

causam eius, nisi per iustam appellationem ad se devoluta sit, in iudicio aulae suae cognosci et iudicari non posse nuntiat.

Cfr. El. XXXIX, N. 1343.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 361-363.

Palatinae Lancitensi, 2^a) Iulii.

Scribit sibi non licere causam eius ad iudicium aulae cognoscendum, nisi prius legitima appellatione praeveniente, assumere. Sin vero amicabiliter transigi volet, ut id significet.

Serenissima ac Generosa, singulariter nobis dilecta.

Ex literis Magnificentiae Vestrae, in Hohenstein XXIII Iunii datis, petitionem eiusdem satis dilucide cognovimus, ut scilicet mandemus tandem eam causam, quae planissima omnium iudicio est, discerni et finiri etc. Nos etsi Magnificentiae Vestrae hac in re gratificari clementer cuperemus, tamen nobis hoc casu integrum non erat. Obstant enim harum terrarum iura, privilegia et consuetudines, quibus subditi nostri iam olim a multis annis clementer a suis dominis, praedecessoribus nostris, donati hactenus quiete fruuntur^{b)}, ut nullam causam in iudicio aliquo terrestri inchoatam (nisi ea per iustam appellationem ad nos delata sit) propria autoritate assumptam discernamus ac transigamus. Quapropter speramus nos apud Magnificentiam Vestram hoc nomine facile excusatos iri.

Cum autem hoc ipsum Magnificentiae Vestrae negotium ita constitutum, eoque iuris via deductum sit, sicuti consiliarius noster nobis retulit, ut ad proximum iudicii Hohensteinensis terminum tandem super eo definitiva sententia promulgari debeat, clementer petimus ac postulamus, ut Magnificentia Vestra hanc exiguum moram aequo animo ferre ac tum temporis in iudicio praesens esse iudicii exitum praestolari velit. Ad quem quidem diem ex consiliariis nostris, uti proxime factum, quendam eo delegabimus, qui sua autoritate ei iudicio praeerit. Quod si autem Magnificentia Vestra cupit hoc negotium interea temporis amicali compositione transigere, dabimus etiamdum operam, ut quam primum, eius rei certiores facti, Vestrae Magnificentiae et item Alberto Finckio diem certum hic Regiomonti comparendi statuamus, nostrosque consiliarios mediatores ordinabimus. Hoc Magnificentiam Vestram responsi loco celare noluimus. Quam porro bene valere optamus. Datae Regio Monte, I Iulii.

C.S.

a) sic in ms., in fine litterarum: I Iulii

b) in ms. fruntur

N. 3775.

S.l., 2.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel

litteras eius de praeparandis hospitibus 8.VI. datas, se accepisse nuntiat; desiderat, ut insigne maius generis sui (ein gross wapen), quod missurus est, domui, in qua habitabit, affixum sit; insignia minora iam pabulatori suo Conrado Truchsess missa esse significat; rogat, ut ex domino suo, Gabriele Tarlo, exquirat, ubi et per quem annum stipendium sibi numerandum sit, ut acceptae pecuniae recognitionem illuc mittere possit; se per aquam iter facturo, pabulatori Polono nonnisi 10 florenos hungaricales ad pabulum pro 10 tantum equis comparandum tradi iubet.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 148v-149.

N. 3776.

E Regio Monte, 3.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro nobili Ioanne a Lewaldt, subdito suo, intercedit et orat, ut facultatem piscandi in lacu Drausen («ius laxandi retia minora ac ea, quae manibus trahuntur»), maioribus eius privilegio quodam concessam, a Stanislao Kostka, terrarum Prussiae thesaurario, nunc impugnatam («nullam aliam ob causam, quam quod immediate subditus meus sit»), libere exercere possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 364-365.

N. 3777.

E Regio Monte, 3.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,

rogat, ut Sebastiano Berbandt, capitaneo suo Ragnetensi, permittat, quo pro necessitate culinae suae ducalis aliquot boves sub praefectura eius coemere et citra vectigalium solutionem eos educere possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 363.

N. 3778.

E Regio Monte, 5.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,

de Tartaris ab ipso ter profligatis gratulatur; significat re vera se eius fuisse animi, ut regem Toruniae inviseret, sed ob inopinatum regis inde discessum id facere non potuisse; dissuadet ei, ne servitium in confiniis ante tempus deserat, et sperat res suas brevi meliore loco futuras; refert rumorem de «victoria» principum Germaniae.

Cfr. El. L, N. 558.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 149-150.

Ahn Bernhard Prettwitzen, den 5 Julii anno 1552.

Ernvhester, lieber, getreuer.

Wir haben euer schreyben, zu Scharafka am tage Sophie ausgangen, bekhommen und seines inhalts notturfthgk verstanden. Das ir erstlich under anderm vermeldet, wie die Tattern dreymahl in ko.mt. land gewesen, die ir dann mit gottlicher hulff geschlagen und zum theil gefangenge-nommen, dafur sagen wir dem almechtigen ewigem Gott pillich hoen

danck, mit hertzlichen bithen, er wolte auch hinfuro zu allen euern sachen wider die feind der christenheit gluck, heil, sig und uberwindung gnediglich geben und verleihen.

Als ir dann daneben ferner anzeiget, wie ir in erfharung khommen, das wir gegen Torn zu ko.mt. zihen wurden, darumb ir euern diener Hansen Heiden mit etzlichen gewerben derorth abgefertiget, ist nit ohn, wir seindt bedacht gewesen, ire ko.mt. zu Thorn zu besuchen. Weil aber ire mt. von da also eylendts unversehens aufgebrochen und verruckt, seindt wir ahn unserm vorhaben vorhindert, und hat derselb zug bis anhero verbleiben müssen. Wir wollen euch aber gnediger meinung nit pergen, das wir numher im anzuge und seyne ko.mt. vormittelst gottlicher hulff zu Dantzick zu besuchen vorhabens. Da uns nu euer diener, wie wir nit zweifeln, antreffen wirdt, seindt wir nit allein erbuttigk, inen gnediglichen seynes anbringes zu horen, sondern wollen auch neben andern hern und freunden, die ir durch euern diener sonder zweifel ersuchen werdet lassen, allen moglichen fleiss anwenden, damit wir euch bei ko.mt. zum besten fordern mogen.

Und wiewol ir hierneben vermeldet, da seyne ko.mt. iren zusagen nit nachkommen solthen, das ir bedacht weret, euch derorth zu entbrechen und nit langer auf der grenitzen zu bleiben, so ist doch unser treuer rath, ir wollet euch mit dem urlaubnhemen nitt voreylen, denn wir gentzlich hoffen, es werden sich die sachen nach dermassen anlassen, damit sie zu allem gutten gereichen. Dazu wir dann fur unser person, soviel immer moglich, gern fordern helfen wollen.

Von newen zeitungen haben wir diessmahl nit besonders, ahne was von der teutschen fursten victoria dieser tage alhero gelanget, welche wir euch, wie ir inliegend zu sehen, mitteylen wolthen, mit gnedigem begeren, wo bei euch hinfurder wess vorfellet, ir wollet uns des theilhaftigk zu machen unbeschwert seyn.

Letzlich ob wir wol bedacht gewesen, euer schreiben ehr nitt zu beanthworthen bis wir mit euerm diener selbst geredt hetten, so haben wir euch doch, weil der ernvheste unser lieber getreuer Procop Sieniawski seinen diener ahn euch abgefertiget, bei demselben diss alles zur antwort nit verhalthen wollen, dann euch seindt wir mit gnaden gewogen. Datum Konigspergk, den 5 Julii anno 52.

Ex commissione Principis
Constantinus Sil[vius].

N. 3779.

E Regio Monte, 7.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

nuntiat sibi relatum esse, regem quintum diem post ingressum suum Toruniam cognoscendae causae Georgii Ritter statuisse, et rogat, ne in hoc negotio se inscio properanter aliquid decerni patiatur.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 563.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 365-366.

N. 3780.

E Regio Monte, 7.VII.1552.

*Albertus dux in Prussia
regi Galliae [Henrico II]
ipsius regis Galliae subditum, ex Ducatu Prussiae in patriam redeuntem, com-
mendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 366.

N. 3781.

E Regio Monte, 8.VII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
Albertum Benicke, filium subditi sui Andreae Benicke, aurifabrum regium Vil-
nae, commendat et rogat, ut idem subditus suus in eodem servitio regio
«fideliter perpetuo permanere» possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 368.

N. 3782.

E Regio Monte, 8.VII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Annae Montmorency, Galliae comestabili,
per regis Galliae subditum, ex Ducatu suo in Galliam abeuntem, officia sua
offert et eundem litterarum exhibitorum commendat (cfr. N. 3780).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 367.

N. 3783.

Gedani, 12.VII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Caio de Wiraille (Wirahl), oratori Gallico,
asserit sibi displicuisse, quod veredarius, quem ei comitem ordinaverat, se
inscio Gedanum progressus fuit, et postulat, ut eundem veredarium suum
Marienburgi expectet et ita ordinet, «ut istuc veniens vestrum hospiti-
um sine longa mora possit expiscari».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 368-369.

N. 3784.

Gedani, 13.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Sieniawski, palatino Belsensi,

fratrem eius Procopium, iam antea multis de causis sibi commendatum, commendatione eius accedente commendatiorem sibi futurum esse nuntiat.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1344.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 369-370.

N. 3785.

E Regio Monte, 15.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae et, mutatis mutandis, Isabellae reginae Hungariae pro salutatione, per Martinum Wolski, aulicum reginae, et Procopium Sieniawski sibi nuper significata, gratias agit et bonam valetudinem ei et filiabus vicissim comprecatur; nuntiat regem «una cum ordine suo senatorio» ibi [in regia Prussiae parte] nunc esse et bene valere; aliquot nova, quae per mercatores perferuntur, mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 370-371.

N. 3786.

Gedani, 27.VII.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,

rogat, ut Paulo Crasso [doctori Patavino] 20 florenos hungaricales nomine suo tradat.

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 102.

Ostpr. Fol., vol. 45, f 150v.

N. 3787.

E Regio Monte, 7.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,

quod ante discessum suum Gedano ei non valedixerit, se excusat negotiaque sua ipsi commendat.

Cfr. El. XXXIX, N. 1348.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 371-373.

*Ioanni Ocieski, Regni Poloniae Supremo Cancellario, VII Augusti.
Petit, ut excusatum se habeat, quod discedens illi non valedixerit.*

Deinde negotia Celsitudinis Suae curae sibi esse velit, annui stipendii solutionem in certo aliquo loco apud S. Regiam Maiestatem impetret, commissarios ad Mazoviae fines edi iuvet, et pro Episcopo Plocensi¹⁾ alium commissarium deputari.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, Amice nobis sincere dilecte.

Etsi nobis propositum erat Magnificentiam Vestram ante discessum nostrum ex Gedano convenire illique valedicere, atque adeo tum temporis, cum S. Regia Maiestas ad primum Augusti, celebrato nomine suo, in campum progressa, concursus equorum equitumque certamina ederet atque spectaret, tamen nescimus, quis casus Magnificentiam Vestram ex oculis nostris tam subito subduxerit, ut eandem illo quidem tempore alloqui non potuerimus, praesertim cum iam tum advesperasceret et nos postridie cum prima luce navem ingressi istinc solveremus. Quapropter incidentibus enumeratis istis impedimentis, consiliario interim nostro ac fideli dilecto Doctori Christophoro Jonae iniungendum duximus, ut is nomine nostro Magnificentiae Vestrae valediceret, omnino confidentes Magnificentiam Vestram nos amice excusatos habituram. Et quoniam de Vestra Magnificentia omnia amici hominis studia nobis non pollicemur solum, verum etiam experimur indies, ideo Magnificentiam Vestram amice celare nolumus, quod cum ad diem Martis, quae secunda mensis Augusti erat, Gedano solvissemus, die sequenti, hoc est tertia Augusti, post mediam noctem secundis ventis Regium Montem appulimus ibique, Deo Optimo Maximo sit gratia, nostram coniugem et filias prospera valetudine atque incolumitate beneque valentes offendimus.

Ceterum cum prorsus nobis persuasum habeamus Magnificentiam Vestram nostra negotia amice promota velle, itaque ab eadem petere non dubitavimus, ut quoniam de stipendio nostro, quod S. Regia Maiestas annuatim nobis numerare consuevit, multum adeo laborandum est, multae expensae crebraeque missiones nobis faciendae, ut Vestra Magnificentia operam dare velit, sicque apud S. Regiam Maiestatem sua autoritate intercedere, ut porro nobis illa summa in certo loco, nempe Marienburgi, quotannis pro consueto termino, citra recusationem et dilationem solvatur. Deinde ut S. Regia Maiestas dignetur certum diem regundis finibus inter Ducatum Mazoviae et terras Prussiae constituere, eumque commissariis suis regiis insinuare, nosque eius rei certiores facere.

Tertium est, quod a Magnificentia Vestra petimus, ne gravetur S. Regiam Maiestatem admonere, ut in locum Reverendi Domini Episcopi Plocensis¹⁾ (qui certis de causis recusavit hoc oneris suscipere) alium commissarium constituere et ordinare clementer velit. Hoc si a Vestra Magnificentia, sicuti non diffidimus, obtinuerimus, dabimus operam, ut vicissim nostra amica studia illi benigne praestare possimus. Quam bene feliciterque longum valere optamus. Ex Regio Monte, ut supra.

C.S.

1) *Andreas Noskowski.*

pro Marco Ramel, pro quo anno superiore apud regem intercesserat, ut castrum Drahim (Draheim) ea conditione ei concederet, qua ab illius temporis possessore tenebatur, intercedit et rogat, ut, possessore illo nunc mortuo, regem eius causae submoneat.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1352, p. 157.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 373-374.

N. 3789.

E Regio Monte, 13.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

nuntiat se capitaneo suo Prabutensi eiusque oppidi magistratui iniunxisse, ut Andreae Cybulka (Czibulka), subdito reginae ex oppido Przasnysz, sibi ab ea commendato, in debito recuperando indilatam iustitiam administrarent.

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 558.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 374-375.

N. 3790.

E Regio Monte, 13.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Maciejowski

nuntiat se ad petitiones eius, nuper Gedani factas, commissariis suis mandasse, ut die 6 Octobris fines eius controversos inspicerent et de piscatione, quam expetivit, quantum sine incommodo suo fieri posset, ei gratificarentur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 376.

N. 3791.

E Regio Monte, 14.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

Laurentium Discordiam, commendatione eius accedente, sibi commendationem futurum nuntiat.

Cfr. El. XXXIX, N. 1356.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 376-377.

Duci in Olika, XIII Augusti.

Scribit Laurentium Discordiam commendatum habiturum, et providisse ei iam de conditione parrochiali.

Illustritatis Vestrae literas, quibus nobis Laurentium a Prasznisch, verbi divini praedicatorem, diligenter commendare dignata est, accepimus easque legendo probe cognovimus. Etsi autem is homo non tantum propter eruditionem suam haud vulgarem et vitae modestiam singularem, verum etiam propter confessionem purioris doctrinae Evangelii constantem et laudabilem, quam cum discrimine vitae fortunarumque suarum hactenus professus est, satis per se nobis commendatus sit, cui etiam de conditione parochiali non contemnenda, quam is ipse desideravit, prospeximus, tamen accedente Illustritatis Vestrae tam accurata commendatione, erit nobis Laurentius multo quam antea commendatior, dabimusque operam, ut ei in rebus iis, quibus commode poterimus, gratificari ^{a)}et clementiam nostram praestare possimus^{a)}. Id quod Illustritatem Vestram responsi loco amice et fraterne celare nolumus.

C.S.

Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Comiti in Tarnau [et] Stanislaio Kisgall.

a)-a) in margine.

N. 3792.

E Regio Monte, 14.VIII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
de regis in Ducatum suum futuro adventu gaudet; de ducis Pomeraniae Gedani adventu audire iucundum sibi fuisse nuntiat; aliqua nova ex Germania scribit et rogat, ut vicissim, si quae illinc habeat, sibi significet.*

Orig. Sigill.

Cfr. El. XLIII, N. 114.

HBA, B, K. 1174.

Lieber freund Derle.

Aus ewerm an mich gethon schreiben, Danczig den 7 Augusti au[s]gangen, habe ich verstanden, das sich dy k.mt., unsser allerg. her, von da nach Littaw erheben und hieher zu mihr begeben werde; des ich hochlichen erfrewet und dem ewigen Got dancke, das ich k.mt. in seiner gnaden lehen haben und sehen moge, derhalben Got bittendt, er wolle s.k.mt. mit gesuntheit und wolfart alher gereichen lassen und mihr gnad verleihen, das ich mich gegen k.mt. also erzeige, wy mihr gegen meinem geliebten gnedigen hern und liebsten blutfreundt gepuret und zimet. Zweifel auch nicht, k.mt. werden mit mihr, irem armen diner, was das haus als von einem bosen hauswirt vermag, fur gut nemen. Alleint bitte ich, ir wolt mich den dag, wy starck und wen s.mt. sich pringe, zeitlichen verstendigen, den ich verlas mich auf ewer zuschreiben ewerm erbiten nach.

Und bedancke mich gegen euch ewers erbitens, wil demselben nach also weiter warten ewern bescheid etc. Das mein ohem von Pomern¹⁾ wol gerust und gesunt einkumen, auch sich gern mit mihr gesehen und beredet, und ir mich entschuldiget, hab ich erfrewlich gern gehoret, und haben

ewer person mit der entschuldigung wol·gethon, des ich mich auch hochlichen thu bedancken, und so s.l. eher kumen het, ich mich auch wol mit s.l. besehen und freuntlich sprechen moge, mihr hat aber nicht lenger gepuren wollen auf meins g.h. beswer aldo zu ferzihen.

Gestern ist Discordia²⁾ hie ankumen und mich berichtet, ir wurdet disen dag datis ader morgen hie bey mihr sein; des ich hochlichen erfrewet were, so es Got also schicken wolte. Wunsche euch auch gluck, heil und gotlichen segen darzu und wart ewer mit freuden. Versich mich auch, ir habt nunmehr mein schreiben bekumen, und befele euch dem lieben Got und bitte, wo ir was mein schreiben bekumen, und befele euch dem lieben Got und bitte, wo ir was newes aus deuschen landen hettet, ir wolt mihrs mitdeylen, den alle dy meinen, so ich daussen hab, lassen mich, kan nicht wissen, wy es zugehet. Hie sein kaufmans zeitung, das der kurfürst³⁾ Franckvort mit einem sturm gewonnen, und sol meinem ohemen, herczog Iorgen von Meckelpurgk, der in Magdpurgk gefangen gewest, ein schenkel abgeschossen sein; welches, wo dem also, warlich herczlich leidt were. Auf dismol und in eile nicht mehr, alleint befele ich euch unssem gnedigen Got und bit, wolt mein bestes, wie ich weis ane das beschihet, bey k.mt. wissen, derselben mein underdenige dinst mit hogster wunschung und mich irer mt. befelen. In eile Kunigspurgk zu 4 ura auf dy abentmolzeit den 4 Augusti anno 1552.

Albrecht der elter etc.

1) Barnim IX dux Pomeraniae.

2) Laurentius Discordia, minister verbi.

3) Mauritius elector Saxoniae.

N. 3793.

E Regio Monte, 15.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Tęczyński, capitaneo Lublinensi et Belsensi,

Laurentium Discordiam, verbi Dei ministrum, sibi commendatum futurum pollicetur; unguentum promissum, licet sero, per litterarum latorem transmittit.

Cfr. El. XXXIX, N. 1350.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 377-378.

Stanislao Comiti in Tanzin, XV Augusti.

Scribit se Laurentium Discordiam commendatum habiturum et mittit unguentum, quod promisit.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, quibus nobis Laurentium, verbi Dei ministrum, commendat et mansionis aut morae istic suae excusat. Nos, etsi illi clementer addicti simus, tamen accedente Magnificentiae Vestrae commendatione eo facilius excusationem precesque Magnificentiae Vestrae admittimus eique benigne locum damus, siquidem non in his tantum, verum et maioribus autoritas et excellentia Magnificentiae Vestrae magni apud nos fit.

Ceterum excusatos nos quoque cupimus, quod unguentum illud,

Magnificentiae Vestrae per nos promissum, ei non tradiderimus, siquidem eius per festinum nostrum discessum e Gedano obliti sumus. Ne autem Magnificentia Vestra id negligentiae nostrae ascribat, mittimus illud Magnificentiae Vestrae per praesentium latorem. In quo ut benevolentiam nostram boni consulat, petimus. Quandoquidem talis est noster in Magnificentiam Vestram affectus, ut in excellentioribus, nedum istis, studium nostrum propensissimum Magnificentiae Vestrae declaratum cupiamus. Quod restat, optamus Magnificentiam Vestram diu salvam et incolumem conservari^{a)}. Datae Regio Monte.

A.M.

a) in ms. conservat

N. 3794.

E Regio Monte, 15.VIII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,
excusationem eius, quod sub suum Gedano discessum sibi non valedixerit, se
libenter accipere nuntiat et pro opera in promovendis rebus suis adhibita
gratias agit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1348.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 378-379.

N. 3795.

E Regio Monte, 17.VIII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,
excusationem de non facta valedictione libenter accipit; negotium annui sti-
pendii sibi annuatim in certo loco numerandi promoveri petit; de tempore
regundorum finium certior fieri cupit; pro scriptis novitatibus gratias
agit.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1352.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 379-381.

*Ioanni Ozieski, Supremo Cancellario, XVII Augusti.
Prior pars eiusdem est argumenti cum praecedente. Stipendium petit
in loco certo annuatim sibi numerari. Tempus ad regundos Mazoviae
fines sibi significari. Agit ad extremum gratias pro novitatibus commu-
nicatis.*

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Alteras iam accepimus literas a Magnificentia Vestra, quibus quod nobis non valedixerit, eadem ratione qua in prioribus se excusat. Nos, ut antea Magnificentiae Vestrae respondimus ac facile eam excusationem accepimus, ita et nunc benigne Magnificentiae Vestrae precibus locum damus.

Quod stipendium nostrum annuum attinet, sperabamus tantam in thesauro summam superfuturam, ut id quotannis Marienburgi nobis numeraretur, praecipue autem, quod fieri id posse spem nobis a Domino Thesaurario Prussiae factam meminimus. At cum causae nunc a Magnificentia Vestra enumeratae obstant, in eo etiam acquiescendum nobis est. Amice autem illud contendimus, ut per operam Magnificentiae Vestrae certus nobis assignetur locus, ubi et per quem tandem id stipendii annuatim petendum nobis sit, utque constituto tempore Pascharum nobis semper numeretur, ne eius solutionem, ut aliquoties contigit, in longam dilationem excrescere, aut nobis hinc inde de uno loco in alterum crebros ea de re nuntios mittere opus sit.

De tempore regundorum finium non meminimus cum Reverendo Domino Episcopo Plocensi¹⁾ transactum per nos esse certi aliquid. Nobis enim is dies, de quo scribit Magnificencia Vestra, aequae ac Reverendae Paternitati Suae angustus nimis esset. Rogatam autem Magnificentiam Vestram habemus, ne gravetur ab ipso Reverendo Domino Episcopo et Palatino Plocensi²⁾ tempus certum eius suscipiendi negotii sciscitari. Nos quidem diem octavum post festum Michaelis et nobis et ipsis non inconvenientem iudicaremus. Quod si is quoque ipsis placuerit, cupimus id nobis per consiliarium istic nostrum, Doctorem Christophorum Jonam, significari. Quo cognito, rationes eo quoque nostras dirigemus.

Ad extremum [pro] novis per Magnificentiam Vestram nobis communicatis maximas habemus Magnificentiae Vestrae gratias. Precamur autem Deum, ut singula in primis suo ipsius honori amplificando, deinde publicae paci et quieti feliciter terminet. Quod superest, optamus Magnificentiam Vestram optime valere. Datae Regio Monte.

A.M.

1) *Andreas Noskowski.*

2) *Felix Srzeński.*

N. 3796.

E Regio Monte, 20.VIII.1552.

*Albertus dux in Prussia
praefecto Jurborgensi [Andrae Patrykowski]
nuntiat se capitaneo suo Insterburgensi mandasse, ut in componendis utriusque partis controversiis decreto et recessui commissariorum utrinque deputatorum locum daret.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 381-382.

N. 3797.

S.l., 23.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

de regis proposito in Ducatum suum veniendi gaudet; rogat, ut se per litteras certiore reddat, qui et quot equis regem comitaturi sint.

(Schedula: de cane quodam magno et nigro, albo capite praedito, regi fortassis dono dando).

Cfr. El. XLIII, N. 114.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 151-151v.

An Gabrieln Therla, den 23 Augusti 52.

Wir haben ewer schreiben empfangen und daraus verstanden, das die ko.mt. etc. zu Polan numher gewisslichen entschlossen, alhie bei uns anzukhomen. Nun seindt wir in warheit hochlichen erfreuet, das der liebe Gott zufferst, nachmals hohermelthe ko.mt., uns die gnade erzeigen, das uns ir ko.mt. in diesen landen ersuchen und zu uns khommen wollen. Wunschen von dem lieben Gott, das sie mit gesundtheit, frisch und wolgemut neben allen mithabenden alhero gelangen mugen, und begeren nachmals an euch gantz gnediglichen, ir wollet uns durch euer schreiben, wehr als mit der ko.mt. khomet, und mit wieviel pferden wol ir ko.mt. alhero khomen werden, vorstendigen, damit wir uns soviel bass mit allem zim darnach zu richten haben mogen. Das seindt wir etc.

Cedula

Wir fugen euch auch in gnaden zu vornemen, das uns itzo zu Dantzick ein grosser hundert gegeben worden, welcher schwartz ist und einen weissen kopf hat. Nun besorgen wir uns, das ehr villeicht unserm g. hern, der ko.mt., zustendig. Wo nun der hundert der ko.mt. zustehet, habt ir uns des zuzuschreiben, wollen wir inn ir ko.mt. widderumb zustellen.

Ex commissione Principis propria

Hen. Stend[rich].

N. 3798.

E Regio Monte, 26.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Christophorum a Sultzbach, litterarum exhibitorem, commendat et petit, ut, si quis locus inter stipatores vel satellites, qui ad corporis regis custodiam adhibentur, vacat, ipsum in eum locum cooptare velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 382-383.

N. 3799.

E Regio Monte, 26.VIII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Ioanne Klenaw, parochio in Persken, cui ius cuiusdam hereditatis in civi-
tate regia Elbinga competit, intercedit et petit, ut ipsum rex senatui Elbin-
gensi commendare dignetur, quo dictam hereditatem eo facilius consequi
possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 383-384.

N. 3800.

E Regio Monte, 27.VIII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,
pro opera, in causa annui stipendii sibi quotannis statuto tempore numerandi
adhibita, gratias agit et rogat, ut etiam de loco eiusmodi solutionis se cer-
torem reddat; commissarios ad regundos fines destinatos se eodem tem-
pore missurum esse nuntiat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1352.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 384.

N. 3801.

E Regio Monte, 28.VIII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de consiliariis suis ad conventum Marienburgensem mittendis.*

Cfr. El. XXXI, N. 563.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 385-386.

Regi Poloniae, XXVIII Augusti.

Scribit se commissarios Marienburgum missurum. Petit autem, si con-
tingat illos diutius, quam par est, commorari, ut clementer hoc igno-
scat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Sacrae Regiae Maiestatis Vestrae literas, Gedani die XXV Augusti
datas, hodie, hoc est XXVIII eiusdem, accepi, debitaque cum reverentia
perlegens cognovi S. Maiestatem Vestram terris suis Prussiae generalem
conventum Marienburgi ad 2 diem Septembris indixisse, ubi controver-
siam Georgii Ritters, civis Torunensis, cum subditis meis examinandam
iudicandamque consiliariis suis delegarit. Quapropter optare ac hortari S.
Regiam Maiestatem Vestram, ut consiliarios meos ad supradictum conven-

tum mitterem. Etsi autem in hac festinatione et temporis angustia (quippe cum saltem quadriduum ad eum conventum supersit) admodum difficile sit meos consiliarios (qui partim longo intervallo absunt) praesto esse, tamen ut S. Regia Maiestas Vestra vel in hoc meam perpetuam subiectionem et promptissimam voluntatem agnoscat, illis iniunxi, ut postposita omni mora, quaecumque incidere (nisi divinitus remorati^a) potest, sese Marienburgum magnis itineribus conferant, ibi actionis diem expectent suumque officium sedulo hac ipsa in re faciant. Peto itaque a S. Regia Maiestate Vestra et subdite et amanter, ut si forte contingat commissarios meos in itinere diutius, quam vel sperent ipsi vel par sit, commorari, ita ut ad constitutum terminum praecise adesse non possint, quod tamen omnimodo pro viribus eos adniti ut praesto sint iussi, clementer hoc S. Regia Maiestas Vestra propter viae huius incommoditatem condonare illis velit. Id erga S. Regiam Maiestatem [Vestram] omnibus studiis et officiis, quod possum, subdite et amice promerebor. Datae Regio Monte etc.

C.S.

a) in ms. remoranti

N. 3802.

S.l., 28.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrielis Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

iterum pro Marco Rammel (vel Ramel) intercedit et rogat, ut regem admoneat promissionis sibi et eidem Rammel datae, quo scil. castrum Drahim (Draheim), post mortem praesentis tenutarii, ei prae aliis concedere velit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXIX, N. 1352.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 150v-151.

N. 3803.

E Regio Monte, 29.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

reditus olim commendatoriae Gedanensis, ex libris apud se partim conservatis descriptos, rege ita postulante mittit.

Cfr. El. XXXI, N. 564.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 386-387.

Regi Poloniae, XXVIII Augusti.

Mittit descriptionem reddituum commendatoriae Gedanensis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Scripsit mihi S. Regia Maiestas Vestra, ut illi descriptionem reddituum commendatoriae olim Gedanensis et officii piscatoris primo quoque mitte-

rem. Ego in omnibus antiquis libris et regestis, quae quidem apud me asservantur, accurate ac magna cum diligentia inquirendum curavi, verum quod ad eos redditus exacte cognoscendos faceret, inveniri non potuit. Quantumcumque tamen ea de re indagatum est, eius descriptionem S. Regiae Maiestati Vestrae reverenter transmitto. Tametsi autem existimo haec non usque adeo ad rem facere, utpote cum multis nunc diversa sit ratio, quam tum temporis ante annos centum et amplius, quo haec signata sunt, fuit. Neque etiam satis indicare possum, an omnes hic notati redditus ad commendatoriam Gedanensem pertinuerint, non enim distinctim et expresse in regesto scriptum erat.

Quantum autem in eo libro, qui de districtu Gedanensi mentionem facit, inerat, S. Regiae Maiestati Vestrae ad ostendendam meam promptam voluntatem et subiectionem transmittere volui. Nihil enim est, quod S. Regiae Maiestatis Vestrae nomine mihi grave aut molestum esse ullo modo possit. Quoniam autem melior librorum et regestorum pars Marienburgi in traditione eius arcis remansit, non dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra illic totam rem inventura sit. Haec enim, quae apud me asservantur, magna ex parte incerta sunt et dubia. His S. Regiae Maiestati Vestrae me meaque omnia quam diligentissime subiectissimeque commendo. Christus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem [Vestram] longis temporibus salvam, incolumem et florentem conservet. Datae Regio Monte.

C.S.

N. 3804.

S.l., 29.VIII.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabriel Tarto, vexillifero Sandomiriensi,

consilia quaedam praebeat ad regis in Regium Montem iter proxime futurum, ob pestem in aliquibus locis saevientem difficilius factum et leviter mutandum.

Cfr. El. XLIII, N. 119.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 151v-153.

An Gabrieln Therla, den 29 Augusti 52.

Wir haben euer schreiben, des datum stehet Dantzick den 27 Augusti, den 29 desselben monats empfangen und daraus verstanden, wess von der ko.mt., unsern g^{sten} hern etc., ir mt. zuges halben auf unser furstenthumb, weil es zum Braunsberge sterben sol, euch zu erkunden auferlegt, hirauf wir euch in gnaden nitt pergen wollen, das dermassen bericht an uns khommen, wie es wol etwas zum Braunsberge sterben, doch one sonderlich gefahr sein solle; dann es diese gelegenheit mit dem sterben alda habe, das dasselb ein zeitlang aufhore, und dan wider anfahe, auch nitt mehr

dann in 4 heusern ungevherlich sich erzeiget, welche dann versperret, und den leuthen, die nach darin, der ausgang verbothen sein solte, derwegen unsers erachtens die ko.mt. onhe sondere gefahr ir gesinde den durchzugk alda wol nhemen moge lassen. Auf Hollandt und Zinthen aber wissen wir keines weges zu rathen, dann erstlich der orth unseglische bose wege und grosse welde, zu deme so wurde ir ko.mt. das nachtlager gegen Zinthen von Hollandt nit erreichen, weniger von Zinthen gegen Konigsperrgk, wie dann dem h[ern] marienburgischen woywoiden¹⁾ und andern, der strassen bekanten, bewust. Hetten derwegen darauf gedacht, das die ko.mt. von Elbing ab das nachtlager zur Frawenburgk, do ire mt., dann wol unther zukommen, hielthen, und von do abe, die wagen und das gemeine gesindlein daran nitt viel gelegen, stracks durch den Braunspergk zihen liessen, mit der verordnung, das keiner sich in ein haus alda thette, sonder den durchzug stracks nhemen. Ir ko.mt. aber konthen sambt den andern mithabenden under oder uberhalb Braunsbergk durch die Passarie pforten.

Wo aber solche pfortt am bekemesten, das hetten ire mt. sich bey derselben voigt zum Braunsberge, als dem die gelegenheit der orther besser dann uns bewust, zu erkunden und durch inen die bestellung thun. Im fahl sich die wasser ergossen, das flosen, pfrom und bothe ein anzahl zugericht werden, damit ir mt. und derselben mithabende uberzukomen. So konthen ir mt. das nachtlager zum Heiligenbeil sanft erreichen. So wollen wir unserm amptmann zur Balga, weil die Passarie solch unser ampt auch mitruret, gleichfals bevahlen, sich mit dem voigt zum Braunsberge solcher pfort gelegenheit wol zu erkundigen, und do unsers theils solte durchgefortet werden, und die wasser zu gross wheren, sollen gleichfals von ime die flosse, bothe und anders nach notturft zugericht werden. Dies lissen wir uns duncken, irer mt. am fuglichsten und ohn gevhar sein solte, dan auf Hollant ist es aus abgemelthen ursachen irer mt. fast unmuglich.

Als ir auch ferner eines laufenden bothen, so an uns abgefertiget sein soll, meldet, wollen wir euch nitt pergen, das derselbe nach nitt bei uns ankhomen. Damit ir aber ditzfals furderliche wissenschaft haben mochten, wolthen wir euch bey zeigern solchs nitt pergen, gnedigst begerend, ir wollet ein solchs der ko.mt. von unserntwegen anmelden, desgleichen uns ins forderlichste den futterzeddel deren, so mit irer mt. zihen werden, domit die herbergen darauf am fuglichsten zu bestellen, zusenden. In deme thut ir uns zu gefallen etc.

Ex commissione Cancellarii
Andreas Muntzer.

Cedula

Auch wollen wir euch nitt pergen, das wir unsern obermarschalck²⁾ gegen Heiligenbeil verordnet, der dem²⁾neben dem voigt zum Braunsberge und unserm heuptman zur Balge die orther besichtigen solle, wie die ko.mt. am sichersten umb den Braunsbergk zu fuhren; den sollet ir uff den nehist kunftigen montag, welchs der V Septembris sein wirdt, in euerem alhero zuge zum Heiligenbeil antreffen, mit dem habt ir euch zu bereden, der wirdt euch auch alle gelegenheit berichten. Datum ut in literis etc.

z) *sic in ms.*

1) *Achatius Czema.*

2) *Fridericus ab Oelsnitz.*

N. 3805.

E Regio Monte, 7.IX.1552.

Albertus dux in Prussia

*Procopio Sieniawski, dapifero Leopoliensi,
pro intercessione in causa eius apud regem facta tanta gratiarum actione opus
non fuisse scribit; nuntiat summam mille aureorum mutuo ei dare se non
posse, cum ipse sit aere alieno nimis obligatus.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1357.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 388-389.

N. 3806.

Tapiau, 17.IX.1552.

Albertus dux in Prussia

*Spytconi Jordan de Zakliczyn, R.P. thesaurario,
auctores turbae et tumultus, in oppido Ilawa contra eum excitati, meritas faci-
noris sui poenas luituros esse assertit.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1360.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 389-391.

Spitkoni Iordan, thesaurario, XVII Septembris.

Scribit se in autores turbae Ilaviensis animadversurum.

Magnifice ac Generose, Amice nobis sincere dilecte.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, quae nos non modo pertur-
batos vehementer reddiderunt, verum etiam gravi insuper molestia affece-
runt, quod ex iis cognovimus Magnificentiae Vestrae tantam vim atque
iniuriam a nostris subditis oppidanis Ilaviensibus illatam esse, vix ut simi-
lis antehac exaudita fuerit. Quae res cum iuri hospitalitatis atque adeo ipsi
humanitati, quae hospitibus quibusvis benevolentiam exhibere praecipit,
summe adversetur ac leges amicitiae violet, Magnificentia Vestra credere
vix potest, quam nobis graviter hoc molesteque accadat. Verum hoc sibi
Magnificentia Vestra certo persuadeat, eos nostros subditos, quicumque
tandem eius turbae autores fuerunt, hoc tantum facinus impune nullo
modo laturos. Ut enim huic tanto flagitio connivere minime possumus, sic
enixe operam dabimus, ut meritas sui facti poenas luant. Nam ut primum
ex praesenti itinere ad aulam nostram Regiomontanam redierimus,
deducta S. Regia Maiestate Poloniae etc., Domino nostro clementissimo,
usque ad limites huius Ducatus Prussiae, postposita omni mora, severe
inquirendum de hoc negotio et praesertim de antesignanis curabimus
atque in eos, qui huius turbae tumultusve principes et authores deprehensi
fuerint, debitis modis pro qualitate delicti animadvertemus, ut aliis post-
hac exemplo sint, ne iura hospitalitatis tam audacter et enormiter laedant,
quin imo benevolentiam et amicitiam viatoribus hospitibusque, uti decet,
exhibeant, ne quis se gravatum, multo minus tali iniuria affectum conqueri
merito possit. Id quod Magnificentiae Vestrae pro declaranda voluntatae
nostra responsi loco rescribendum duximus. Quam porro bene feliciterque
longis temporibus valere cupimus. Datae in arce nostra Tapia.

C.S.

Tapiau, 18.IX.1552.

Albertus dux in Prussia

Stanislaŏ Tęczyński

equum Phrisium dono mittit; oves se ei missurum esse pollicetur, «ut primum per clementiam aeris poterunt commode expelli».

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1365.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 391-392.

E Regio Monte, 24.IX.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,

de uxoris suae valetudine; de litteris passus comitissae Hennebergensi, socruī suae, ad quingentos boves libere educendos a rege impetrandis; de finibus inter Prussiae et Lithuaniae Ducatus regundis.

Cfr. El. XXXIX, N. 1362.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 392-396.

Ioanni Ocieski, XXIII Septembris.

Scribit de valetudine Ducissae¹⁾ et petit statum eius S. Regiae Maiestati indicare. Secundo, ut litteras in quingentos boves pro matre Ducissae impetret. Tertio, ut regiam promissionem de finibus Lithuaniae apud eius Maiestatem maturet.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Discedentibus nobis sane invitis a S. Regia Maiestate die Mercurii praeterita, statim in ipso fere limine discessus nostri veredarii duo nobis obviam sunt facti, qui etsi aliquid nobis consolationis attulerint, quippe quod adversam valetudinem charissimae coniugis nostrae in melius nonnihil mutatam dicebant, illud tamen semper addiderunt, quod nobis animum nostrum, alioquin maerore plenum, magis turbare quam consolari visum est. Quo factum, ut citissimis itineribus properaverimus. Proficiscentibus autem nobis ita, iterum duo veredarii nobis occurrerunt, qui idem consolationis, quod priores, nobis attulerunt. Ab ipsa autem Illustrissima coniuge nostra parvam schedulam accepimus, per quam animus noster dolore magis ac magis exulcerabatur. Et licet aliae literae illis adiunctae non tantum periculi nuntiabant nosque consolabantur, tamen, quantum potuimus, festinavimus. Itaque die Iovis sub crepusculum vespertinum salvi quidem Regiomontem venimus, dilectissimam autem coniugem nostram in ipsa adventus nostri hora paroxismo^{a)} laborantem offendimus. In quo talia oculis nostris, imo intimo cordis nostri affectu coniugali, vidimus, quae etiam summo hosti nostro imprecata nollemus. Ita etiam, ut affectu cordis nostri ad exteriora erumpente, lachrimis temporare²⁾ nobis non potuerimus. Post labores paroxismi exhaustos ipsa charissima coniunx

nostra sub noctem nonnihil melius habere ac molliorem aliquando (diis gratia) quietem cepit. Hesternam autem die Veneris mane, circiter horam quartam, iterum Illustritas illius paroxismo corripiebatur, tamen non adeo acriter, sicut antea. Ubi enim is prius per spatium semidiurnum duravit, ita heri vix dimidiam horae partem excessit. Ex hoc autem tempore in hanc usque scriptarum literarum horam morbus eam reliquit. Deus Optimus Maximus per hanc alterationem divinitus pristinam valetudinem reducat ac Illustritatem illius pro sua misericordia, honori et gloriae nominis sui, confortet. Amen. Quandoquidem autem S. Regiam Maiestatem propter subitum illum coniugis nostrae morbum clementer nobis condolere intelleximus, amice cupimus, ne Magnificentia Vestra per occasionem statum eius valetudinis ad Maiestatem Suam Regiam referre gravetur.

Ceterum, cum propter festinum nostrum a S. Regia Maiestate discesum negotia nonnulla inexpedita relinquere coacti fuerimus, ad quae conficienda neminem aequè idoneum ac Magnificentiam Vestram habemus, duximus Magnificentiam Vestram iis amice onerandam esse.

Primum est, quod anno superiore preces nostras apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, pro Illustrissima coniugis nostrae parente, Domina Elisabetha Marchionissa Brande[n]burgensi et Comitissa Hennebergensi, interposuimus, ut S. Regia Maiestas pro necessitate culinae illius Illustritati libertatem ducendi quingentos boves in Regno et dominiis S. Regiae Maiestatis a vectigalibus immunes concedere, eamque libertatem Doctori Ioanni Kock, qui apud eandem Illustrissimam consortis nostrae parentem consiliarium et iudiciorum praefectum agit, in centum boves clementer facere dignaretur. Ad quas preces nostras regiae et clementissimae nobis factae sunt pollicitationes. Quoniam autem porro S. Regia Maiestas eius rei submonita a nobis non est, hinc factum, quod in effectum promissio regia translata non sit. Idcirco a Magnificentia Vestra amice cupimus, ut negotium hoc ad S. Regiam Maiestatem quo poterit commodissime referat, ut S. Regia Maiestas, considerata secum propinquitate, quae eius Regiae Maiestati cum Illustrissima coniugis nostrae parente intercedit, precibus nostris, quibus antea clementer visa est annuere, nunc tandem locum det, ac Illustrissimae illi Marchionissae libertatem in quingentos, consiliario vero eius in centum boves clementer concedat. Quemadmodum ista Magnificentiam Vestram [pro] suo, quo in nos fertur, studio diligenter curaturam non dubitamus, ne preces nostras, quarum et sub redditum hunc nostrum ab Illustrissima coniuge nostra submoniti sumus, inanes fuisse ipsa coniugis nostrae parens intelligat, utque inde pateat nos usque adeo male apud S. Regiam Maiestatem (quemadmodum in Germania rumore esse ferunt) non audire.

Praeterea meminit procul dubio Magnificentia Vestra, quam graviter hactenus finium Lithuanicorum controversias ferre coacti simus. Quibus tollendis scit quoque Magnificentia Vestra, quid pollicita nobis sit S. Regia Maiestas, tamen ea conditione addita, quod prius illud negotium ad senatores Magni Ducatus referre ac de hoc agere cum illis velit, ita ut certi adhuc ea in re nihil nobis obtigerit. At cum Magnificentiae Vestrae totum illud negotium optime constet, quippe quod cautum esse meminit literis regiis, si quae controversiae de finibus Lithuaniae per commissarios sopiri non possent, deberi illas S. Regiae Maiestatis et nostrae decisioni relinqui, facile intelligit Magnificentia Vestra de his optimo iure S. Regiam Maiestatem pro suo voto statuere posse. Accedit et hoc, quod error in finibus, si modo pacta vetera literarumque monumenta rata et firma esse debent, per se nullus est, si quidem limites et termini ad oculum patent. Deinde secum

reputet S. Regia Maiestas nihil eius Maiestati in hoc decedere. Quicquid enim ea ratione in nos contulerit, id illam feudo Regni sui adicere. Quare amice Magnificentiam Vestram rogatam habemus, ut cum multum fiducia in Magnificentiae Vestrae operam posuerimus ac hactenus illam nobis plurimum profuisse intellexerimus, dignetur hac quoque ex parte eam nobis haud gravatim commodare, ut multis exempti molestiis id tandem ex regia munificentia et benignitate consequamur, quod tamen vetera literarum monumenta iure nobis debere testantur.

Ad extremum autem summopere oramus Magnificentiam Vestram, ne aegrius ferat, quod cumulatim ita negotia nostra in Magnificentiam Vestram coacervamus, licet id iussu Magnificentiae Vestrae facimus, quae aliquoties suam nobis operam obtulit, ita etiam, ut si illa non uteremur, in talem partem se accepturam, quasi ea non indigeremus. At cum nobis Magnificentia Vestra opus sit in plurimis, ut quae ipso etiam facto aliquoties suam in nos benevolentiam testata sit, inde fit, quod ita audacter quoque Magnificentiam Vestram interpellemus. Quam audaciam tamen nostram boni illam laturam et negotia ei nostra commendata habituram certo certius nobis persuademus. Quod superest, optamus Magnificentiam Vestram feliciter valere. Datae Regio Monte.

A.M.

a) in ms. paraxismo

z) sic in ms.

l) Anna Maria.

N. 3809.

E Regio Monte, 29.IX.1552.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Plocensi [Andreae Noskowski] et, mutatis mutandis, palatino Plocensi [Felici Srzeński]
de loco regundis finibus inter Prussiam et Masoviam assignando.
Cfr. El. XXXIX, N. 1363.
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 397.*

Episcopo Plocensi, in simili forma Palatino Plocensi, XXIX Septembris.

Petit, ut scribat, quo in loco velit exordium fieri finium regundorum Mazoviae.

Reverende in Christo Pater, Amice singulariter nobis dilecte.

Perlatae ad nos sunt hisce diebus literae Magnifico Domini Ioannis Ocieski, Regni Poloniae Supremi Cancellarii etc., quibus Magnificentia Sua nomine S. Regiae Maiestatis etc. scribit Reverendam Paternitatem Vestram cum Magnifico Domino Palatino Plocensi etc. in commissarium ad regundos Mazoviae fines a S. Regia Maiestate deputatam, eique negotio incipiendo diem octavum post festum Michaelis Reverendae Paternitati Vestrae Gedani proximum assignatum esse, cupiens, ut nostros quoque commissarios eam ad rem dicto tempore delegaremus. Quandoquidem autem nobis non constat, utrum in districtu Neidenburgensi, aut quo in

loco exordium eius negotii capessere Reverenda Paternitas Vestra statuerit, amice ab ea petimus, ut id quo poterit citissime nobis, aut commissariis nostris, recta hinc Neidenburgum proficiscentibus, significet, ut se eo rectius voluntati Reverendae Paternitatis Vestrae accommodare possint. In eo nobis Reverenda Paternitas Vestra, quam diu sospitem conservare cupimus, rem fecerit gratissimam. Datae Regio Monte.

N. 3810.

E Regio Monte, 30.IX.1552.

Albertus dux in Prussia

castellano Posnaniensi sive capitaneo [Ianus Kościelecki, palatino Brzestensi, Maioris Poloniae capitaneo]

de iustitia in negotio argenti olim ab Alberto Rychwalski rapti administranda.

Cfr. El. XXXIX, N. 1364.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 398-399.

Castellano Posnaniensi sive Capitaneo, ultima Septembris.

Mittit mandatum regium de administranda iustitia de rapto per Richwalski argento.

Magnifice et Generose, Amice nobis sincere dilecte.

Non dubium nobis est, quin Magnificentia Vestra memoria probe teneat, cum eandem nomine rapti argenti ab Alberto olim Richwalski nuper Gedani admonendam curassemus, quid nobis amice et benevole Magnificentia Vestra responderit, daturam nemque se operam, ut habito regio mandato nobis amice gratificetur, ita sane, ut bonam spem certamque plane fiduciam habeamus, nos Magnificentiae Vestrae autoritate, ope et auxilio id argenti recuperaturos esse, aut certe sufficientem satisfactionem ex bonis dicti Richwalski consequuturos. Nunc itaque, cum S. Regia Maiestas Poloniae etc., Dominus et consobrinus noster clementissimus, praesentem commissionem, quam Vestrae Magnificentiae transmittimus, in hoc negotio clementer dederit, futurum confidimus, ut Vestra Magnificentia suam erga nos benevolentiam et propensum animum declaratura sit.

Quare clementer et amice petimus, Magnificentia Vestra huic rei certum et opportunum diem constituere dignetur. Ad quem diem et nostros plenipotentes mittere, et civibus Vratislaviensibus, qui illud nobis argentum ex pacto apportare debuerunt, insinuare possimus, ut et ipsi, quibus de hoc negotio pleniter constat, et quantum de rapto argento adhuc desideratur, certo norunt, in rem praesentem veniant atque id argenti, quod nobis a dicto Richwalski ereptum esse demonstraverint, non laboriose ac citra longiorem dilationem nostro nomine recuperent. Id nos Magnificentiae Vestrae amicis nostris officiis compensare sedulo studebimus. Quam Christo omnipotenti longis temporibus salvam et incolumem conservandam committimus. Datum Regiomonti.

Relatio Cancellarii.
Idem et Princeps audivit.
C.S.

N. 3811.

E Regio Monte, 3.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Ianussio Kościelecki, palatino Brzestensi, Maioris Poloniae capitaneo, pro subditis suis Regiomontanis, quorum merces et bona a Georgio Ritter in iurisdictione eius arrestata sunt, intercedit, ut vigore etiam regii mandati, hac in re editi, merces suas et bona «citra aliquam difficultatem et dilationem» recuperare possint.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 399-400.

N. 3812.

S.l., 3.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Patzko et Ioanni Wunsam, civibus Cracoviensibus, vina ad usum aulae suae sibi emi et transmitti iubet.

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 104.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 153-153v.

N. 3813.

E Regio Monte, 4.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,

Balthasarem Schmaltz, regis Poloniae subditum, «qui sua olim negotiatione solvendis crebris et magnis vectigalibus non exiguum Regno Poloniae emolumentum attulit, nunc autem iniquitate casuum et fortunae eo loci devenit, ut S. Regiae Maiestatis auxilio et clementissima sublevatione maximopere indigeat», commendat et rogat, ut ipsi a rege litteras impetret, «quarum autoritate et vigore annuatim illi liceat certum numerum salis sine thelonei solutione in Magnum Ducatum Lithuaniae asportare».

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1366.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 400-401.

N. 3814.

E Regio Monte, 5.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,

rogat, ut negotium finium inter Ducatum suum et Lithuaniam regundorum regi in memoriam revocet et commendet.

Cfr. El. XXXIX, N. 1373.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 401-402.

Ioanni Oczieski, Vicecancellario^{z)}, V Octobris.

Petit, ut negotium finium Lithuanicorum S. Regiae Maiestati in memoriam revocet et ut certum responsum accipiat.

Magnifice ac Generose, Amice nobis sincere dilecte.

Cum nobis opportune hic nuntius oblatum esset, intermittere non potuimus, quin Magnificentiam Vestram literis nostris amice inviseremus. Quare si Vestra Magnificentia bellissime valet, bene est. Nos quidem, Deo sit gratia, una cum coniuge nostra¹⁾, cuius valetudo indies divina ope adiuvante melior redditur ac restauratur, cumque filiabus nostris²⁾ recte valeamus. Deus omnipotens nos ex omni parte clementer conservare dignetur.

Tametsi proximis nostris literis, ad Magnificentiam Vestram scriptis, negotii finium Lithuanicorum mentionem fecimus, tamen cum sciamus Magnificentiam Vestram maximis subinde negotiis occupatam teneri, volumus eandem et hisce commonefacere, clementer et amice petentes, Magnificentia Vestra visa opportunitate apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, sollicitando instare velit, ut tandem ratio nostri in hac re habeatur. Nam cum de ipsis limitibus nulla pene sit ambiguitas, uti ex lustratione commissariorum, ad hoc olim deputationum, satis constat, hoc unum restat, ut nobis secundum contractus formulam possessio tradatur et limites in iis locis, quos proxime commissarii intactos reliquerunt, renoventur et signis metallibus notentur. Hinc S. Regiae Maiestati nihil prorsus decedit. Quicquid enim ad hunc Ducatum Prussiae pertinet, id totum Suae Regiae Maiestati est proprium et hereditarium. Quare omnino confidimus Suam Maiestatem hoc nobis clementer concessuram, praesertim ubi Magnificentia Vestra auctoritatem suam benigne adiunxerit.

Ceterum Magnificentiam Vestram amice petimus, ea si quid novarum rerum cognitione nostra dignarum habet, nobis amice communicare non gravetur. Quod nostra benevolentia et amicis studiis Magnificentiae Vestrae compensabimus. Datae Regio [Monte].

Commissio Principis propria
C.S.

^{z)} sic in ms.

¹⁾ Anna Maria.

²⁾ Anna Sophia et Elisabeth.

N. 3815.

S.l., 5.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrielis Tartlo, vexillifero Sandomiriensi,

rogat, ut litteras in negotio Alexandri Sculteti [canonici Varmiensis] regi in manus proprias tradat et instet, ut salvi conductus et intercessorias litteras eidem Sculteti cito concedere velit; petit etiam, ut Balthasari Schmaltz, aliquot lastas salis transvehere cupienti, in impetranda a rege telonei immunitate adsit.

(Schedula: litteras ad Bernardum Pretwicz eiusdem servitori reddi iubet).

Cfr. El. XLIII, NN. 124, 126.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 153v-154.

An her Therlen, den 5 Octobris anno etc. 1552.

Euch ist sonder allen zweifel unvorgessen, wess wir jungsten in unserm anwesen zu Dantzig bei der ko.mt. zu Polan etc. wegen des wirdigen ehrn Allexandri Schulteti, domit ehr von irer mt. mittsten gleidt, passborthen und vorschrifthen vorsehen werden mochte, in geheim dienstlich gesucht und gebethen. Und wiewol wir uns bei irer mt. vor derselben abreisen aus diesen landen etwas fruchtbarliches zu erhalthen keinen zweifel gehabt, so ist doch von uns dieser handel wegen furgefallener verhinderung und der eil in vergessen gestellt worden.

Derwegen wir dann ir ko.mt. itzo durch beiliegende brifflein desselben mannes halben widderumb zu erinnern und anzuhalthen geursacht. Und dieweil wir uns zu euer person in diesem und anderm aller treuen wolmeynenden furderung gantzlich getrosten, belanget unser gnediges begern an euch, ir wollet hochgenanther ko.mt. dasselbe unsere schreiben in eigene hande uberanthworthen, und uff das wir die begerthen gleidt, passborte und vorschrifte obgedachts Allexandri Schulteti lauts uberreichter copien ehr besser zu unsern handen erlangen und ferner an geburende orth verschaffen mochten, in geheim ufs trewlichste zu sollicitiren und anzuhalthen, keinen vleiss sparen. Gereicht uns von euch zu sonderm angenehmen gefallen.

Und nachdem wir auch bemelthem Balthasar Schmaltzen an ko.mt. uff sein undertheniges ansuchen und in beanmerckung seiner bedruckung vorschrieben, sunderlich aber das ehr von irer mt. mit eynem zolbriff auf etzliche last saltz begnadiget werden mochte, gebethen, begeren und sinnen wir gantz gnediglichen, ir wollet auch deshalb ein trewer forderer sein, auf das derselbe gutte arme gesell seiner vilfeltigen dienst, so ehr weilandt der althen ko.mt. hochloblicher gedechtnus¹⁾, auch unser person geleisteth, genissen und mit gnaden bedacht werden mochte, wie wir hie rin allenthalben an ewerm fleisse nitt zweifeln, und seindt es hinwider in gnaden zu erkennen gewogen.

Commissio Principis per Cancellarium.

Cedula

Hieneben ist unser begeren, ir wollet beiliegende unsere briffe, an Bernhard Brettwitzen lauthende, seinem diener, sofern ehr nach daselbst verhanden, uberantworten, oder aber do ir fuglich konnet nachschicken. Wo nicht, so wollet uns dieselben bei zeigern widderumb alhero senden, wollen wir die verschaffung thun, damit sie bemelthem Prettwitzen zugestellt werden. Das seindt wir in gnaden gegen euch abzunhemen gewogen.

1) *Sigismundus I rex Poloniae.*

N. 3816.

S.l., 5.X.1552.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
de litteris passus et salvi conductus pro Alexandro Sculteti a rege impetrandis.
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 154v-155.*

An her Therlen, eodem die.

Wiewol wir in kegenwertigem unserm schreiben vormeldet, das wir euch ein brifflein an ko.mt. zu Polan etc. mitschicken, und gebethen, das ir solchs seiner ko.mt. in eigne handt uberantworten wollet, so ist doch solchs aus diesen bedenklichen ursachen nachblieben, das wir befurchtet, es mochte solch unser schreiben, unangesehen, das es zu eignen koniglichen handen stehet, etwa in die cantzley, wie gemeyniglich geschicht, gelangen; welchs, da es gescheen solte, habt ir selbst zu erachthen, und wir sein es gewiss, das dem guttem manne Allexandro Sculteti nichts fruchtbarliches wurde ausgericht werden, dann es aus der cantzley bald weiter und an die orther gelangen mochte, domit der handel gar zuruck getrieben.

Gelanget demnach unser gantz gnediges begeren an euch, ir wollet der sachen, weil sie bis anhero allein zwischen ko.mt. und uns verhandlet worden, in gantzer geheimb nachtrachten, ire ko.mt. der gnedigen zusage, uns des mannes halben gethan, erinnern und aufs underthenigste bitten, dieselb geruhen gnediglichen dem gutten manne die gedachten gleidtsbriffe, davon wir seiner ko.mt. zu Dantzigk eine kopey ubergeben, desgleichen passbrieve, das ehr frey, sicher und ungehindert durchkhomen moge, und vorschriften an die person, so wir irer ko.mt. namhaftig gemacht, zu geben. Wann nun solche briefe allenthalben vorfertiget, so sinnen wir gnediglich, ir wollet uns dieselben wol verwart bey gegenwertigem unserm diener zuschicken, auf das wir sie forderlich an geburende orth zu bestellen. Das seindt wir in gnaden von euch abzunehmen und zu erkennen gewogen etc.

Constantinus Sil[vius].

N. 3817.

E Regio Monte, 5.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrielis Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

*de negotiis Bernardi Pretwicz (qui se in offensam regis incurrisse queritur),
Alexandri Sculteti, canonici Varmiensis a rege olim Sigismundo proscrip-
ti, et iuvenis litterarum studiosi, homicidii suspecti.*

Autogr.

HBA, B, K. 1174.

Lieber freunt Derle.

Weil ich mit Got zeugen kan, das k.mt. ich mit allen trewen meine, kan ich auch nicht unterlassen und mus euch s.mt. zum besten diser zeit bemuhen, und ab es mihr wol eher gepuret, sunderlich weil mich diser handel im Grauden durch Pretwiczen diner angetroffen, hat mich doch, wy gern ich allen erlichen leuten gern dine, dy schwachet meiner liebsten gemahel¹⁾ verhindert. Weil^{a)} sichs aber, das ich dem lieben Got nicht genungsam verdancken kan, also gepessert, das ich zu dem liebèn Got hoffe, ier l. krankheit dohin gerichdet, das es ein solche, dy uber etzlich monent²⁾ durch gotliche hilfe ans licht kumen moge, darzu ich gotliche gnad und segen bitte, hab ich auch nicht lenger dy sach verzihen wollen. Bitte hirumb, ir wolt mihr allenthalben zu gut halten und bey k.mt. des verzuges auch entschuldigen.

Wil euch auch weiter nicht pergen, das der gut erlich man Pretwicz, k.mt., wy ich nicht anderst weis, getrewer diner, mihr bey seynem diner, den ich hoffe dise schrift noch antreffen sollen, beswerlich glaggendt, das er so fyl spuret, das er sich eines ungnedigen herns zu besorgen aus dem, das nu von s.mt. auferleget, wo dy feindt, der Datter, einprechen wurde und er nu abzuprechen wuste, solches nicht lassen solte, welches er den k.mt. befelich nach und durch gotliche hilfe treymal vergangen iar verpracht und verhoft, kunigliche gnad zu erlangen. Es truge sich aber zu, das k.mt.^{b)} im das ambt Bar verschriben. Nun aber befelen einem andern abzutretten, und kunt kein ander ursach sundern den dise, das er den feinden durch gotliche hilfe abgeprochen.

Nun were es im swehr, einen ungnedigen hern zu haben, vonwegen seiner sweren und getrewen dinst, dy er auch mit seinem schaden bishero geleistet, und sich begnadung verhoffet, kein andre als ungnad spuren solte. Wolt mihr nicht verhalten, das ire k.mt. ym nunmehr kurcz aufeinander treymol geschriben und mit grosser zusagung an ynen begeret, das er sein diner werden solte. Er het aber allerley bedencken, das er seine getrewe dinst nicht anderst belonet sein solte, den das er sich zu der herschaft geben solte und von k.mt. abzihen, den herren er trewlich meinete und liebete, mich derhalben umb rat angelanget etc.

So mihr aber keines weges wider meinen g. herren gepuret zu raten, ich auch s.mt. lieber solche leut, wy Pretwicz einer ist, wolt helfen zu deidigen, angesehen, das k.mt. ane das solcher leut nicht zufyl haben, und das ich auch weis, wy s.mt. itziger weltlauf nach gelegen, bin ich verursacht durch beyligende schrift, dy ich auch bitte, so sein diner noch bey euch, das irs im uberantworten wollet; wo nicht und ir einen gewissen unseumigen botten zu im hettet, zuschicken wolt; wo nicht, mihr wider schicken, das ich yme durch eigen botten beantworten moge, dis alles mit dem fleis und persuasionen zu widerraten, sofyl mihr ymer muglich.

Weil den k.mt. disen irer mt. trewen man und ir auch selbst bas kenet, als ich ynen describiren und abmalen kan, wolte ich ia nicht gern, das k.mt. solchen man ubergeben, den es mochte auch ein rewer kumen. Hirumb rate ich zu trewlichsten und hoch fleisslich bitte auch durch Got, das k.mt. disen man wider gutherczig und muttig mache und dy wege suche, das Pretwicz bey s.mt. pleibe, den des menschen gleich werden s.k.mt. nicht pald wider bekumen, und sage, wen ich Pretwicz zu einem diner haben mochte, das ich, wy arm ich bin, auch ein ubriges thun wolte. Bitte euch hirumb gancz hochlich, ir wollet euch k.mt. selbst zu gutt dy sach befohlen sein lassen und anhalten, das er gnedige antwort und gnade bekume.

Wollet auch in dem andern handel mit Schulteti und dem armen studenten, der da mit gewest, do der fechter erschlagen, vordern helfen, das Sculteti und student ier cleit erlangen, wy k.mt. mich gnediglich noch zu Danczig vertroestet, und des hern canczlers secretari mihr selbst gesagt, das er befelich hab, dem studenten das gleit zu geben. Hirumb wollet bey im anhalten und meiner wegen k.mt. in bestem nicht vergessen und vordern helfen, domit ich von k.mt. der littischen grenicz zufriden kumen moge und eine gnedige antwort erlangen. So wollet k.mt. erindern der antwort, so mir s.mt. gaben, do ich am ersten bey s.mt. in leben s.mt. ersten gemahel²⁾ ware, das nach laut des buschstablichen²⁾ vertrags gestellet, und wol ire mt. ermessen, was si wol andern thun, dy s.mt. mit blut und sunst nicht sofyl verwant, das si ie mihr, irem armen diner, solchs wy gebeten nicht allem, sunder auf den fal irer mt. selbst geben, und mich hirmit s.mt. befe-

len. Wolt mihr auch alle dy grussen, so ir wisset, dy mihr gut seint, und in den schucz und schirm Christi, unsers heilandes, befohlen sein. In eile Kunigspurgk den 5 Octobris anno 1552.

Albrecht der elter, marggraff und herczog etc.

a) *verbum correctum.*

b) *mt. bis scriptum.*

z) *sic in ms.*

1) *Anna Maria.*

2) *Elisabeth Austriaca († 15.VI.1545).*

N. 3818.

E Regio Monte, 5.X.1552.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
pro Ioanne Secluciano, concionatore Polono in Regio Monte, intercedit et
rogat, ut eum regi commendet, quo annuam pensionem ad vitae tempora
consequi possit.*

Autogr.

HBA, B, K. 1174.

Lieber her Derle.

Weil Iohannes Seclucianus, unsser polnischer prediger, k.mt., meines g. hern, unterthon, der nun fast cehen iar ein exul und vertribner umb Gottes wortes willen, fyl fleis gehabt, das er seiner landart, domit sy zu warer erkantnus Gottes kumen mochten, auch selig werden, hat er uns gar dinstlich angefallen und gebeten, das wir bey k.mt. ynen verbitten wolten, das doch s.mt. ynen mit den augen seiner kuniglichen gnad ansehen wolte, nicht alleint umb der sweren arbeit und unkostens willen, den er auch mit leihen und porgen nicht geschonet und das Newe Testament in dy polnische sprach nach hogstem fleis und vermogen in truck und das werck gepracht, sunder wolte sich seines langen elendes, in dem er bisdohr sein leben zugepracht, erbarmen wolle lassen und ansehen seine getrewe dinst, dy er vor iaren bey k.mt. geleistet, sex iar im zol zu Bosen. Derhalben wollet k.mt., wy ir den ane das bereit angefangen, zum dinstlischten^{z)} bitten, vordern und handeln, das ire mt. ym wolte ein ierliche pension und besoldung geben auf sein lebtage sambt seinen werben von dem zol zu Bosen, Cawen ader wo es s.mt. gelegen, domit er auch seinen schuldigern sofyl bas zufriden stellen mochte, und so er also seines lebens notdorft, auch k.mt. und allen Polen, sowol in allen k.mt. landen, sowol in Preussen als Polen und Littawen, dinen moge und fil selen zu Gottes gnaden pringen, das ich den nicht zweifel, k.mt. werde solches ane das, als ein loblicher kunig, nicht abschagen^{z)}, weil s.mt. domit filen selen dinen werden. Bitte euch auch aufs hogste, ir wollet keinen fleis sparen und k.mt. zum hogsten bitten, den ich weis, das s.mt. wol anlegen werden, den er ist frumb und getrew, so wurt es auch der ewige Got taussentveltig belonen; ich wil es auch umb s.mt. gern verdinen und bitte eine gnedige antwort, domit der gute man moge getrost werden. Befele euch dem lieben Got. In eile Kunigspurgk den 5 Octobris anno 1552.

Albrecht der elter etc.

Mein gemahel¹⁾ und dochter²⁾ lassen euch sehr grussen, bitten auch neben mihr, und das ir der pehemischen frawen nicht vergessen wollet, wy ich auch in gnaden an euch geschriben etc.

z) *sic in ms.*

1) *Anna Maria.*

2) *Anna Sophia et Elisabeth.*

3) *vidua Gulielmi Skrzynecki.*

N. 3819.

S.l., 5.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel

horologium, instar horologii, quod apud regem se vidisse asserit, sibi procurari et transmitti iubet.

Cfr. El. XLIV, N. 75.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 155-155v.

N. 3820.

E Regio Monte, 5.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,

de arce Bar ei a rege inopinato et praeter expectationem adempta dolet et putat hoc non ex regis minus benevolo in eum animo profectum, sed potius propter Turcas, quibus rex nullam occasionem ad nimiam irritationem dare velit, factum esse; suadet, ne se ad regem Ferdinandum vel alios dominos conferat, sed de futura sorte sua et liberorum cogitet; rogat etiam, ne propter debitam sibi pecuniam res suas nimis festinanter vendat etc.

Cfr. El. L, N. 559.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 155v-158.

An Bernhard Prettwitzen, den 5 Octobris anno 52 etc.

Ernvhester, lieber, getreuer.

Wir haben ewer schreiben, zu Scharafky am tage Egidi ausgangen, von euerm diener in Graudem²⁾ zwischen Ragnitt und Cropischen, als wir von ko.mt. zu Polan etc. unvorsehens abgeschieden und uns vonwegen der schwachheit unser freundtlichen hertzgeliebthen gemahl¹⁾ zuruck nach Konigspergk begeben musten, empfangen und daraus erstlich vorstanden, das ir uns gerne neue zeitung geschriben, so weren derselben itziger zeit nitt vorhanden gewesen, allein wess euer anliegende not betreffe, und wie die ko.mt. mit euch gehandelt, das sie ire briffe und vorschreibunge euch uff Bahr zu euern lebtagen gegeben, nicht halthen rhetze, mustet ir uns also weclagende vormelden, neben notturftiger langer erzelung, aus wess ursachen solchs herflisse; welchs wir zu widerholen vor unnottig achten. Nun

haben wir warlich ob deme, das ir dermassen zur unbilligkeit beschweret und uber die ko[niglich]e zusagung und vorschreibung eures ampts entsetzet werdet, ein gnediges treulichs mitleiden, sonderlich aber weil es mit solchem grossen hinterlist geschicht, das mann euch kein gewiss ziel und mass, wieweit ir dem feinde nachzujagen hettet, angesetzt, und ir daruber in solche widerwertigkeit komen sollet. Mussen also mit euch einhellig stimmen, das es aus denen ursachen zum mhererm theil herkommen, die ir in euerm schreiben erzelet.

Dann wir jhe nicht erachten können, das solchs aus ko.mt. gefasten ungnade gegen euch vornemblich entsprunge, sonder weil die ko.mt die itzige gelegenheit mit dem Turcken vor augen sehen, wollen sie nicht, das ime einicherley ursach gegeben, auf das aller kunftiger unrath verhuttet werde. Versehen uns derhalben nach immer, das s.ko.mt. werden sich aller gnedigen gebur gegen euch erzeigen.

Das ir ferner anzeigt, wie der ro.konig Ferdinandus euch sider Ostern dreimahl geschrieben begerend, das ir euch zu seiner ko.mt. begeben wollet, und uns derwegen umb gnedigen rath, wess euch ditzfals zu thun sey, anlanget, darauf wissen wir euch, als deme wir mit sonderm gnaden gewogen, solchs in keinem wege zu rathen. Dann wie es bei seiner ko.mt. ein gelegenheit habe, sonderlich zu diesen zeiten, do der Turcke so nahe an der thor ist, und teglich mit ime zu schaffen hat, werdet ir sonder zweifel besser wissen, dan wir euch schreiben khonnen. So ist uns auch das hoch bedencklich, das ir euch von dem orth, da ir von jugent auf gedienet, euere lebtage zubracht und numher der gnedigen versorgung gewertig sein sollet, zu einem andern hern begeben, dem ir von newem zu dienen anfahren musset, vornemblich aber weil ir gottlob weib und kinder hat, macht uns daselb nachdenckens. Dann solte mann euch, wie zu vorn andern mehr gescheen, auf die fleischbanck opfern, hettet ir zu betrachten, wie wenig euerm weib und kindern dadurch geholfen, die nach zur zeit gantz ubel versorgt sein.

Das ir aber daneben anzeigt, da wir euch zu uns erfordern thetten, das ir alle fursten und hern auf einen orth legen und uns in aller underthenigkeit zuzihen wollet, des thun wir uns in gnaden bedancken und spuren daraus euer dienstlich zugethanes gemut. Konthen euch auch, da es der almechtige Gott also haben wolte, fur einen diener wol leiden. Wir haben aber gleich diess bedencken hierin, wie oben von konig Ferdinando angezeigt, nemblich das euch beschwerlich gefallen wurde, einen andern hern uff euer althe tage zu suchen, dem ir von newen zu dienen anfahren musset. So wisset ir auch, das wir nicht ein solcher her und solches vermogens sein, wie ko.mt. zu Polan und Ferdinandus, das wir euch dermassen nach aller notturft versehen und versorgen konthen, wie ir mt. an all beschwer thun können. Aber wie dem allem, so ir jhe keinen erheblichen rath, mittel und weg euer verbesserung finden konnet und bei uns zu sein begeret, so wollet uns widderumb verstendigen, wie und welcher gestalt ir uns zu dienen bedacht, auch wenn ir euch von da zu begeben willens. Wollen wir uns als ein armer furst gegen euer person mit der versorgung gnediglich vernehmen lassen, nicht zweifelnde, ir werdet euch alsdann hinwiderumb in geburenden hendeln undertheniglichen gebrauchen lassen.

Soviel die hinderstellige schult belanget, neben euerm vermelden, das ir alles verkaufen wollet, was ir daselbst im lande habt, und uns bezalen etc., darauf wollen wir euch gnediger meinung nitt pergen, das wir nie der meinung gewesen, also in euch einicherlei wege dieser schuldt halben zu dringen. Wollen auch nach nicht, das ir einen schaden thun sollet, wie es

dann nicht abgehen kann, wenn mann die gutter so eilendts verkauft. Es muss mit schaden gescheen, dann sie gelthen nunmehr mher so viel als sie wirdig und werdt sein. Ist demnach unnötig, das ir euch unserer schulde halben in einigen schaden stecket, dann wir zweifeln gar nicht, ir werdet die mittel und wege wol finden, dadurch wir bezalung erlangen.

Für die neue zeitung, wie ko.mt. des Wallachs²⁾ landt einnimbt und seinen woiwoda³⁾ darin setzen wil, mit fernerm anhang, wess daraus zu besorgen, thun wir uns gendiglich bedancken, und begeren mit gnaden, ir wollet uns ferner, wess des handels halben an euch gelanget, wie sich alle sachen anlassen und wess daraus zu vormuten, durch euer schreiben zu vormelden, nitt beschwer haben.

Letzlich ewere entschuldigung, darin ir vormeldet, aus wess vorhinder- nus ir uns diess jhar keine oxen zugeschickt, und die underthenige erbit- tung, das ir uns uffs ander jhar vormittelst gottlicher gnaden mit oxen vorsehen wollet, nemen wir in gnaden an, sein auch der ungezweifelthen hoffnung, ir werdet derselben ewer itzigen zusage nachkhomen, den wir euch hiemit nitt bergen wollen, das wir uns in ko.mt. durchzuge durch unser fursthenthumb der oxen dermassen entblosset, das wir derselben zu unser furstlichen hoffhaltung hochlich bedurfen. Es ist auch unser g[ne- dige]s begeren, ir wollet uns zu unser jerlichen haushaltung, sofern es bey euch zu bekhommen, neben den oxen mitschicken. Und entlich ubersen- den wir euch hiemit euerm begern und bithen nach die quitantz odder ver- sicherung uber die 1000 gulden, so wir euch vorruckther zeit, do ir alhie bei uns gewesen, aus gnaden geschencket. Dann euch sein wir mit gnaden gewogen, und wolthen euch diess alles uff euer schreiben zu antwort nicht vorhalthen. Datum Konigspergk, den 5 Octobris anno 1552.

Ex commissione Principis propria
Qui et audivit.
Constantinus Silvius.

z) *sic in ms.*

1) *Anna Maria.*

2) *Stephanus VI Rareș, palatinus Moldaviae.*

3) *Ioannes I Joldea, palatinus Moldaviae.*

N. 3821.

E Regio Monte, 6.X.1552.

*Anna Maria et Anna Sophia, uxor e filia ducis Alberti,
Sigismundo Augusto regi Poloniae
responsum in causa Gertrudis Hermensdorff viduae, per Ioannem Ocieski a
rege datum, ei in memoriam revocant et eandem viduam commendant
(«Movemur enim aerumnis, calamitate et egestate, quae deploratis-
sima mulier, orbata marito et liberis suis, unico solatio afflictæ senec-
tutis suae, et omni humano praesidio destituta, omnibusque fortunis
iudiciali controversia et longa disceptatione exhausta, nunc aegra
atque oppressa morbis in lectulo decumbit»).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 404-406.

N. 3822.

E Regio Monte, 6.X.1552.

*Anna Maria et Anna Sophia, uxor e filia ducis Alberti,
Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,
pro vidua Gertrude Hermensdorff intercedit et petit, ut causam eius iterum regi
commendet, «quo huius causae vel transigendae vel aliis quibuscum-
que modis finiendae prima quaque oportunitate memor esse velit».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 403-404.

N. 3823.

E Regio Monte, 6.X.1552.

*Albertus dux in Prussia
castellano Bydgostiensi [Silvestro Kretkowski]
petitioni eius morem gerens, duos falcones dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1361.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 406.

N. 3824.

E Regio Monte, 10.X.1552.

*Alberto dux in Prussia
regi Angliae [Eduardo VI]
sicut quotannis facere consuevit, octo falcones dono mittit et optat, ut «mul-
tum ex eorum aucupio delectationis capiat» et sui memoriam conervet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 407.

N. 3825.

E Regio Monte, 12.X.1552.

*Albertus dux in Prussia
Procopio Sieniawski, dapifero Leopoliensi, et, mutatis mutandis, Ioanni Jab-
łoński
rebus suis hoc tempore postulantibus, ut non solum ei, sed omnibus stipendia-
riis suis externis pensionem annuam renuntiet, significat his ipsis litteris
se ei talem pensionem in posterum solvere non posse («ut sibi aliis quibus
potest rationibus prospiceret, quod eandem nostro stipendio diutius
tolerandam incommodum putemus»).*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1345.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 409-410.

N. 3826.

E Regio Monte, 16.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Maciejowski

excusat se, quod relationem Ioannis Lohmüller, negotium eius concernentem, hoc tempore, multis occupatus negotiis, ei mittere non possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 410-411.

N. 3827.

E Regio Monte, 18.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Brigidam, Georgii Ferber, civis et senatoris olim Gedanensis, relictam viduam, commendat et petit, ut eam clementer tueri et protegere dignetur.

(Sub textu: Mutatis mutandis Duci in Olike, Domino Cancellario Ioanni Ocziesky, Vicecancellario [Ioanni Przerembski], Domino Cromero).

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1370.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 411-412.

N. 3828.

E Regio Monte, 24.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Spytkoni Jordan de Zakliczyn, R.P. thesaurario,

iterum de tumultu et seditione in oppido Ilawa excitatis.

Cfr. El. XXXIX, N. 1380.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 412-414.

Spitkoni Iordan, Regni Poloniae Thesaurario, XXI Octobris.

De turba et tumultu Ilaviensi.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generosse, Amice nobis sincere dilecte.

Quemadmodum Magnificentiae Vestrae superioribus diebus ex itinere nostro, quo S. Regiam Maiestatem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum, in Lithuaniam proficiscentem deducebamus, scripsimus daturos nos sub reditu nostrum operam, ut autores turbarum et tumultus oppidi Ilaviensis deprehensi meritis facti sui poenas luerent, ita Magnificentiam Vestram clementer celare non possumus, quod post seriam et accuratam inquisitionem aliud a civibus illis, qui tempore turbarum praesto fuerunt, extorquere non potuimus, quam quod uno ore constanter asseverant rixas illas a servitoribus Magnificentiae Vestrae vel alterius domini, qui cum Magnificencia Vestra profectus est, excitatas primum fuisse, atque adeo inde initium sumpsisse, quod quidam servus Tartaricus, adiuncto

altero servulo, ex mera protervitate conatus fuerit capitanei nostri Ilavien-
sis servitorem, Leonhardum nomine, necessario exitu prohibere. Qui cum
viam suam istis duobus obstantibus et moleste renitentibus pergeret, mox
plures Polonos clamore evocatos et accitos, qui evaginati gladiis in illum
magna vi impetum fecerint, Leonhardo itaque fortiter se opponente, et plu-
ribus subito accurrentibus adeo tandem ab isto exiguo initio dimicatio cre-
visse dicitur, ut Vestrae Magnificentiae servitores, vel cuiuscumque domini
tandem fuerint, quosque obvios cives etiam inermes ferire non sint veriti,
quin etiam consulem eius oppidi, ad dirimendam hanc rixam procurren-
tem, Tartaricis sagittis confixerunt. Lictorem civitatis humi prostratum,
parum abfuit, quin interfecerint, et alium quandam capitanei servitorem
graviter vulnerarunt, ut hoc modo coacti furint impulsu campanae refu-
gium quaerere, cum toto fere oppido ad arma conclamarent vestrates,
bombardas, cuspides et alia armorum genera expedire iuberent, omniaque
hostiliter agerent.

Et sane per campanae pulsum, ut ipsi oppidani referunt, magna ex
parte istae turbae sedatae dicuntur, quemadmodum etiam Magnificentiam
Vestram testaturam affirmant. Etsi autem postea sedato tumultu convene-
rat, ut istarum rixarum auctores luce sequenti sisterentur, tamen a consule
civitatis impetratum fuisse dicitur, ut nocte eadem apertis portis aliqui
vestratium emitterentur. Itaque die postero neque turbarum autorem,
neque quenquam, qui huic dimicationi praefuerit, conspici demonstrare
potuisse. Quae cum se ita habeant, nostrique subditi Ilavienses uno ore in
hac commemoratione perseverent et iuramento rem ita gestam confirmare
audeant, Magnificentia Vestra amice considerare velit, quid nobis contra
eos faciendum sit, qui videntur oppressi, vim vi depellere ac propulsare
omnino sunt coacti. Si autem Magnificentia Vestra rem aliter se habere
ostenderit et exordium rixarum civibus nostris imponere non dubitaverit,
idque testimoniis certorum hominum, quos in rem praesentem mittere
dignabitur, probaverit, non praetermitteremus, quin etiam audita parte
utraque in nostros, siquidem huius tumultus auctores deprehensi fuerint,
pro ratione delicti digne animadvertamus, sic ut Vestram Magnificentiam
probe contentam fore speremus. Quod quidem Magnificentiam Vestram, ut
quid porro actura in hoc negotio sit, exploraremus, amice celare noluimus.
Quam bene feliciterque valere cupimus. Datae Regio Monte.

Relatio Cancellariae
C.S.

N. 3829.

E Regio Monte, 25.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

*de civitatum maritimarum confoederatarum erga Regnum Angliae molimini-
bus et de periculis ditionibus etiam regiis inde imminentibus; de possibili
opera Gedanensium in eiusmodi conatibus coercendis; de finibus Lithua-
nicis regundis.*

Cfr. El. XXXIX, N. 578.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 415-419.

Regi Poloniae, XXV Octobris.

Petit, ut negotium Anglicum et civitatem Gedanensem sibi curae esse velit.

Item petit determinationem finium Lithuanicorum.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Retulerunt mihi subditi mei Serenissimum Angliae Regem¹⁾ adversus confoederatas civitates maritimas, quas vulgari nomine Ansehe vocant, pleraque intolerabilia attentare in eo, quod eius Regia Dignitas suis subditis idem privilegium hinc inde extra Regnum Angliae in civitatibus, illi foederi coniunctis, concedi postulat, quale ex inveterata concessione habent externae illae civitates in Regno suo. Quod ut eo facilius eius Regia Dignitas conficiat, vim fieri et derogari antiquis et longo abhinc tempore quiete usurpatis exteriorum privilegiis in Regno suo patitur. Quo fit, ut civitates istae, de gravamine hoc consulturae et porro nuntios fortassis suos eo nomine ad Regem Angliae missurae, circa vernale tempus Lubecam conventum indicere statuerint. Id quos S. Regiam Vestram Maiestatem plenius ex Gedanensibus, qui non ita pridem hac iter Vilnam fecerunt, cognituram non dubito. Qui si operam et auxilium S. Regiae Vestrae Maiestatis hac ex parte requisiverint, perquam enixe S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut eorum precibus se clementem et facilem praebere dignetur. Quod eo certius mihi de S. Regia Vestra Maiestate persuadeo, quo diligentius pro sua prudentia secum reputaturam confido, quantum incommodi ea privilegiorum violatio Regno et dominiis S. Regiae Vestrae Maiestatis allatura esset, siquidem veteribus in Anglia privilegiis non salvis, proventus in Regno et provinciis S. Regiae Vestrae Maiestatis divinitus concessos, vilescere necesse est, quando per mercatores pristina libertate in Angliam eos vehere non daretur.

Ceterum meminit S. Regia Vestra Maiestas, quid ei sub discessum hic consuluerim ratione civitatis Lubecae, Hamburgensis et aliarum, quae hactenus Ordini in Livonia, quacumque occasione oblata, suppetias tulerunt ac partes ipsius agunt. Cui negotio conficiendo recte Gedanenses in praedicto Lubecensi conventu adhibendos esse existimo, fieri enim posset, ut si S. Regia Maiestas Vestra se civitatibus illis confoederatis per operam et intercessionem suam regiam aliquanto clementiorem exhiberet, maius per minus quiddam confieret. Et non dubito Gedanenses, si illud oneris (quod ut faciat, pro mea fide S. Regiae Vestrae Maiestati consulo) eis a S. Regia Vestra Maiestate iniunctum fuerit, animo prompto et facili subituros et propter nomen ac auctoritatem, quibus prae reliquis civitatibus foederis istic locorum excellunt, multum frugis facturos esse. Idcirco summopere et suadeo et consulo, ut S. Regia Vestra Maiestas hanc civitatem sibi commendatissimam esse velit, quae, si quae alia, plurimum prodesse et obesse his praecipue terris Prussiae potest. Quandoquidem autem et inter alia post discessum S. Regiae Vestrae Maiestatis varii rumores ceperunt spargi de functione et administratione officiorum, deque in controversiam positis et turbandis privilegiis, longo item tempore magna cum honestate et quiete usurpatis consuetudinibus Gedanensium, ita ut magnae iam in actu esse mutationes dicantur: primo quod opulentiores et dignitate eminentes magistratum deponere nitantur, ne vitam, famam et facultates maximo exponant periculo; secundo quod nonnulli novis non ita pridem impetratis privilegiis non modo potestati senatoriae, verum etiam auctoritati iudiciali editione timendum est. Quo enim Reipublicae commodo rudis et imperitus aliquis magistratum gerere et illi praeesse consueverit, experientia ipsa

testis est. Accedit et hoc, quod si contingeret aliquid de facto seditiosum tentari, fenestra inde aperiretur Ordini Teutonico faciliore via perveniendi ad id, cui multis iam annis (quemadmodum et olim tentatum memini) insidiatus est. Etsi autem certus sum Ordinem illum hac ex parte nihil profecturum, quippe quod de fide et constantia Gedanensium non est quod ambigi possit, tamen non leves inde difficultates S. Regiae Vestrae Maiestati et his terris obventurae essent. Quando obscurum S. Regiae Vestrae Maiestati non est, quanta copia externorum hominum civitas Gedanensis refecta sit. Talibus autem vel levem aliquam ansam praebere meo iudicio consultum non videtur. Quare iterum atque iterum ex intimo cordis mei affectu et eo amoris vinculo, quo S. Regiam Vestram Maiestatem observo et veneror^{a)}, oro, ut S. Regia Vestra Maiestas sibi eam civitatem velit curae esse, eamque animo clementissimo prosequatur, iura, privilegia et consuetudines tueatur et protegat. Ita enim et animos sibi devinctissimos redditura ac eam oboedientiam cum debita fide sibi conciliatura est, qualem eloqui aut literis pro dignitate satis exprimere non possum, quam et res ipsa aliquando confirmabit.

Postremo aliquoties S. Regia Vestra Maiestas humil[is] a me rogata est, ut terminandis decidendisque finium Lithuanicorum controversiis clementer finem imponeret, praesertim autem, ut S. Regia Vestra Maiestas mihi, S. Regiae Vestrae Maiestatis consanguineo et fideli servitori, eam partem, de qua controvertitur, cum exigua sit, pro munificentia sua donare dignetur et in eius locum officia mea deditissima sufficere. Quicquid enim hac ex parte in me contulerit, sibi ipsi in posterum S. Regia Vestra Maiestas contulisse existimet. Cuius rei cum S. Regia Vestra Maiestas mihi clementissimas fecerit pollicitationes, quam officiosissime eam rogatam habeo, ut per occasionem opportunam clementer supremam tandem manum illis imponat. In quo vicissim demerendo neque studio neque diligentiae ulli^{b)} parcam. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem protectioni divinae etiam atque etiam commendo. Datae Regio Monte.

A.M.

a) *sequitur superfluum: et*

b) *in ms. ullae*

1) *Eduardus VI.*

N. 3830.

E Regio Monte, 28.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Michaele Metzner, subdito regio, cui abbas Olivensis [Lambertus Schlieff] molendinum quoddam, contempto regis Sigismundi et recenti etiam moderni regis concessio in hac re privilegio, vi eripuit, et variis modis eum vexare non desinit, intercedit et rogat, «ut contra illius abbatis violentiam clementer miserum hunc subditum tueatur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 419-420.

N. 3831.

E Regio Monte, 28.X.1552.

Albertus dux in Prussia

palatino Ravensi [Andreae Sieprski]

iterum pro subdito suo Georgio Thalau (cfr. N. 3765), cui a filio eius alea per-
dita pecunia, praeter sollemnes promissiones, nondum reddita est.

Cfr. El. XXXIX, N. 1340.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 420-421.

Palatino Ravensi, XXVIII Octobris.

Pro Georgio Thalau.

Magnifice ac Generose, singulariter nobis dilecte.

Ea, quae Magnificentia Vestra nobis respondit ratione debiti, quo filius Magnificentiae Vestrae nobili subdito nostro Georgio Thalau obligatus est, probe intelleximus. Ac pergratum in eo nobis accidit, quod Magnificentia Vestra debitum illud centum talerorum se soluturum subdito nostro promisit. Verum cum eam solutionem in reditum usque filii Magnificentiae Vestrae distulerit, latere Magnificentiam Vestram nolumus appositam illam conditionem apud nonnullos in partem ironicam trahi posse, siquidem ubivis apud magnos viros id moris est, ut quod promittitur ab illis, neglectis eiusmodi conditionibus solvi necesse sit. Ne itaque fides filii Magnificentiae Vestrae, quam ille tam sancte ipsius chirographo teste interposuit, male audiat, rogatam Magnificentiam Vestram habemus, ut quod proximis suis ad nos datis literis soluturum se promisit, ambigua illa conditione semota, quo poterit maturius dicto subdito nostro Georgio Thalau solvi mandet.

Quod Magnificentiam Vestram eo facilius facturam non dubitamus, si consideraverit trecentos taleros per nobilium quorundam intercessionem filio Magnificentiae Vestrae a tota summa remissos esse. In eo Magnificentia Vestra fidem et obligationem filii sui, familia et ordine equestri praeclari, ex Magnificentia Vestra liberaverit, nobisque rem fecerit gratissimam. Quam bene valere exoptamus. Datae Regio Monte.

A.M.

N. 3832.

Instenburghi, 29.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Fabiano Czema, castellano Gedanensi,

litteras eius se accepisse nuntiat et de regis ac totius aulae regiae felici Vilnam adventu gaudet; oves ei promissas, magis idonea ad eas pellendas tempestate oblata, mittere pollicetur; pro communicatis novitatibus gratias agit et petit, ut et porro scitu digna et necessaria scribere pergat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 159-159v.

Insterburgi, 29.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

binas litteras eius se accepisse nuntiat; pro diligentia, in negotio mulieris Bohemae [uxoris Gulielmi Skrzynecki] adhibita, gratias agit et rogat, ut dictam mulierem interea temporis ad patientiam hortetur; nova, praesertim de Turcis in Hungaria, porro sibi scribi petit; pro equis missis gratias agit.

Cfr. El. XLIII, NN. 122, 123.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 158-159.

An Gabrieln Therla, den 29 Octobris 52.

Wir haben numher 2 schreiben von euch kurtz nacheinander, eines den VI, das ander den XV Octobris ausgehen, bekhommen und inhalts verstanden.

Soviel nun erstlich die behemisch fraw¹⁾ angehet, sinthema es die gelegenheit nach, wie ir uns aus gnedigem anzeigen der ko.mt., unsers g.h. etc., schreiben thut, müssen wir die sache also neben ir beruhen lassen und sie underdes zu gedult ermanen, bis es ein mahl die zeit anders schicket. Thun uns aber gegen euer person nichts destoweniger der gehabten muhe und fleisses ditzfals, sowol auch der hertzlichen frolockung wegen unser freundtlichen geliebthen gemahl²⁾, das ire l. zu voriger gesundtheit gelanget, in gnaden bedancken und wunschen euch hinwiderumb von dem lieben Gott gluck, heil, gesundtheit und alle wolfart.

Aus dem andern schreiben haben wir allerlei zeitungem verstanden, nemblich wie der Frantzoss³⁾ die stadt Senis solte erobert haben; item welcher gestalt die Turcken zu Neapolis gehandelt und anders mehr, an welcher mittheilung uns zu angenehmen gefallen von euch bescheen, und begeren nachmals in gnaden, ir wollet, wie ir zu thun pflaget, uns hinfuro auch, soviel zu wissen von noten vorfelt, sonderlich wie es im lande zu Ungern mit dem Turcken zustehet, mitzutheilen nitt beschwer haben.

Wir haben auch die 4 schwartzen wagenrosse, gleich als wir von Königsperg alher nach Insterburg und Ragnitt uff die jagt mit unserm freundtlichen lieben hern brudern, marggraff Wilhelmen, ertzbischoffen zu Riga etc., begeben wolthen, bekhommen. Thun uns derselben gnediglichen bedancken und wollens in gn[aden] zu vorgehen nitt vergessen. Hiemit gottlichem schutz langwirig bevolen. Datum ut supra, Insterburgk.

Ex commissione Principis propria
Constan[tinus].

1) *uxor Gulielmi Skrzynecki.*

2) *Anna Maria.*

3) *Henricus II.*

N. 3834.

Insterburgi, 29.X.1552.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel

litteras eius, Vilnae 16.X. datas, de negotii sui expeditione ob venationes a rege dilata, se accepisse nuntiat et rogat, ut, si tabellarius suus nondum expeditus sit, responsum in negotio suo impetrare studeat et per eundem tabellarium quam celerrime sibi mittat.

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 72.

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 163v.

N. 3835.

E Regio Monte, 9.XI.1552.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Maciejowski

de finibus inter praefecturam suam Hohensteinensem et villam eius Waplitz [in districtu Osterodensi] visitatis sibi a consiliario suo Ioanne Lohmüller relatum esse nuntiat et, brevi mora ad deliberationem negotii interposita, responsum ei dare promittit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 159v-160.

N. 3836.

Insterburgi, 18.XI.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

negotium regundorum finium in solius regis et sua potestate esse asserit et rogat, ut rex «particulas illas limitum reliquas» donarii loco in se transferre velit; commissarios residuis finibus terminandis a rege deputari petit.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 425-427.

Regi Poloniae, XVIII Novembris.

Petit sibi particulas finium Lithuanicorum, in sequestro positas, donari, et quod reliquum adhuc est finium Lithuaniae, usque ad Salsum Mare determinari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Etsi minime dubito S. Regiam Vestram Maiestatem clementer meminisse, quid per me apud eandem primum Vilnae, Gedani deinde et sub

discessum Maiestatis Vestrae ex Ducatu meo, per consiliarios meos ratione finium Lithuanicorum petitem sit, ac quam clementissimas animi et favoris in me regii significationes S. Regia Vestra Maiestas dederit, promittens se benignam hac ex parte rationem mei habituram, tamen cum inter cetera id adiecerit, quod consultandum sibi prius ea de re cum Magni Ducatus Lithuaniae senatoribus existimaret, committere non potui, quin cum frequentes nunc penes se consiliarios habitura sit, quam humil[li]me eius rei S. Regiam Vestram Maiestatem submonerem. Obscurum autem S. Regiae Vestrae Maiestati esse non puto, qua conditione apposita S. Regia Vestra Maiestas negotium limitum regundorum commissariis suis, communi senatorum Lithuaniae consensu accedente, delegaverit. Videlicet, si quae loca finium ita in controversiam ponerentur, ut decideri ab utriusque partis commissariis non possent, deberi illa solius S. Regiae Vestrae Maiestatis et meae, non autem alterius cognitioni relinqui. Idcirco non dubito, quin facile perspectura sit S. Regia Vestra Maiestas stare illam potestatem nunc penes solam S. Regiam Maiestatem Vestram, nec impugnari eam a senatoribus, semel iam in S. Regiam Vestram Maiestatem absolute pleniterque translatam, posse, ut multo minus voluntatem S. Regia Vestra Maiestas suam illorum arbitratui aut consultationibus nunc demum ea in re subiacere necesse habeat.

Quae cum ita sint, humil[li]me S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut particulam illas limitum reliquas, quae per commissarios decideri non poterunt, et nunc, ut dictum est, ex solius S. Regiae Vestrae Maiestatis auctoritate et iure pendent, eatenus in me, Principem suum consanguineum et vasallum, clementer donarii loco transferre dignetur, quatenus antea petii ac iuxta pactorum Lithuanicorum verba et sensum, uti a meis commissariis monstratae sunt. Quod eo firmiter mihi de S. Regia Vestra Maiestate obtenturum polliceor, quo clementiori S. Regiam Vestram Maiestatem in me, fidum suum clientem, animo ferri scio. Accedit et illud, quod in ea ipsa concessione, si quid clementer in me transtulerit (quod sane perexiguum erit), sibi ipsi, posteris et Regno suo adieciisse intelligit.

Ceterum, cum illa ipsa finium Lithuanicorum terminatio usque ad Mare Salsum nondum consumata sit, pariter et hic S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut commissarios quoque huic residuo deputet, qui quicquid reliquum est, cum meis transigant, atque ita finium Lithuanicorum controversia prorsus et absolute sopiatur. Fecerit in iis omnibus S. Regia Vestra Maiestas rem Rege inclito et munifico a)honorificam et dignam^{a)}, me vero, veterum suum consanguineum et vasallum Principem, in hac mea senecta magno propensissimae in me voluntatis regiae argumento consolabitur. Cui Maiestati Vestrae Regiae vicissim, quicquid est in me virum, ingenii, corporis et fortunarum, pro fide et debita subiectione mea in extremum usque vitae meae halitum candido et sincero pectore totum offero. Atque his S. Regiam Vestram Maiestatem protectioni divinae, me vero Maiestatis Vestrae nativo amoris etiam atque etiam commendo. Datae ex arce Insterburgk, ut supra.

Principi sic placuit.
Relatio Cancellarii
A[ndreas] Mönser

a)-a) *in ms.* honorificum et dignum

N. 3837.

E Regio Monte, 18.XI.1552.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vladislaviensi [Ioanni Drohojowski]
rogat, ut subditis suis bona, sub iurisdictione eius a Georgio Ritter, cive Toru-
niensi, arrestata, libera dimmittantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 421-422.

N. 3838.

Tilsae, 18.XI.1552.

*Albertus dux in Prussia
praefecto in Gorzdy
de viis ex Samogitia in Ducatum Prussiae ducentibus prohibitis et novis telo-
neis institutis.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 423-424.

Praefecto in Garsden, XVIII Novembris.

De prohibitis itineribus.

Nobilis et Generose, singulariter nobis dilecte.

Significatum nobis est a capitaneo nostro Mimelensi viam, qua ex Ducatu nostro in oppidum Schweicksno itur, a Generositate Vestra prohibitam clausamque, et in Garsden, ubi nova thelonia constituta dicuntur, translatum esse. Quae res cum tot annis quiete usurpatis veteribus viis et pactis ac foederibus, cum Magno Lithuaniae et hoc nostro Prussiae Ducatu initis, prorsus pugnet, satis mirari non possumus, qui fiat, quod subinde istic locorum nova subditis nostris gravamina pro cuiusvis lubito imponantur. Accedit et illud, quod per eundem capitaneum nostrum Mimelensem edocti sumus, scripsisse Generositatem Vestram illum propediem graviora expertum esse. Nos etsi divinare non possumus, quid sibi eiusmodi comminationes Generositatis Vestrae velint, illud tamen commonefactam eandem volumus, det operam, ne quid contra pacta et foedera innovet aut tentet, sed vetera itinera, quibus hactenus a multis annis subditi nostri usi sunt, ire et transire, privati fortassis alicuius commodi causa, contra novas et antiquas pactiones ne prohibeat, ne, si secus Generositas Vestra fecerit, nobis de his apud S. Regiam Maiestatem conquerendi occasio detur. Quam ut Generositas Vestra praeveniat, clementer cupimus. Atque haec Generositatem Vestram latere nolebamus. Quae bene valeat. Datae Tilseth.

A.M.

Ragnetae, 18.XI.1552.

*Albertus dux in Prussia
capitano Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]
subditum suum Regiomontanum Hieronymum Rausch, adolescentem litterarum studiosum, commendat et rogat, ut eum in numerum servitorum suorum suscipere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 424-425.

Instenburgi, 19.XI.1552.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,
pro gratulatione ob bonam suam, coniugis et filiarum valetudinem gratias agit; petit, ut a rege impetret, quo controversiam finium, de quibus commissarii convenire non possunt, auctoritate sua regia componat et decidat.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1362.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 428-431.

Ioanni Ozieski, Regni Poloniae Supremo Cancellario, XVIII Novembris.

Agit gratias, quod gratuletur valetudini uxoris¹⁾ et filiarum²⁾, et petit iuvare regiam promissionem de particulis finium Lithuaniae.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Quis Magnificentiae Vestrae in nos sit animus, quantum bene de nobis merendi studium, quo denique affectu commoda et successus nostros prosequatur, id si antea cognitum non haberemus, luculentissimi nobis testes essent literae Magnificentiae Vestrae, candido ad nos profectae hactenus pectore. Cuius Magnificentiae Vestrae voluntatis cum et proximae eius literae magno argumento sint, in eo dum nostrae, coniugis et filiarum nostrarum valetudini tantopere gratulatur, eas sane, quas debemus, merito Magnificentiae Vestrae habemus gratias. Ac vicissim ei non minora aut inferiora et nostro et Illustritatum illarum nomine reprecamur.

Cum autem et inter alia negotia, [quibus] sane inviti toties Magnificentiam Vestram oneramus, de finibus quoque Lithuanicis suum studium, antea probe nobis cognitum, impendisse testetur, fecit nobis Magnificentia Vestra in eo, ut in aliis omnibus, longe gratissimum. Ut autem Magnificentiae Vestrae consilium de mittendo istuc sollicitatore non improbatur nobis, ita non diffidimus Magnificentiam Vestram eo officio, pro mutua nostra benevolentia, prae omnibus, quorum opera recte uti possemus, functuram et pro clementissimo regio responso nostro nomine sollicitaturam. Quod ut faciat, amice etiam atque etiam petimus.

Debebamus autem merito nobis nonnihil temperare^{a)} in coacervandis apud Magnificentiam Vestram negotiorum nostrorum oneribus, verum nostra de Magnificentia Vestra persuasio talis est, ut cum inter amicos animorum coniunctio etiam quidvis sibi haud difficulter polliceatur, fit, ut eo liberius nos quoque nostra in Magnificentiam Vestram negotia tractanda, memores hactenus operae suae non gravatim nobis impensae, deferamus.

Quam sane in negotio finium Lithuanicorum, si qua in re alia, plurimum nobis profuisse et profuturam adhuc confidimus. In quo cum aliquoties nobis responsum sit S. Regiam Maiestatem benignam nostri et petitionis nostrae de particulis finium controversis rationem habituram, semper tamen illud adiectum est, oportere eam prius de his cum senatoribus Magni Ducatus consultare. Itaque committere non potuimus, quin S. Regiam Maiestatem et Magnificentiam Vestram, gravioribus Reipublicae negotiis occupatiores, eadem de re submoneremus. Cumque non dubitemus Magnificentiam Vestram ea, quae S. Regiae Maiestati scribimus, lecturam esse, etiam atque etiam amice Magnificentiam Vestram rogamus, ut, quod hactenus fecit sedulo, negotium illud nostrum adhuc iuvet promoveatque. Res sane perquam exigua est, quam petimus. Idcirco et eo clementiorem haud dubio se S. Regia Maiestas praebere dignabitur, siquidem aliud nihil cupimus, quam ut tollendis hinc inde subditorum inter se controversiis ista finium disceptatio per regiam hanc et liberalem concessionem cesset, idque in quantum illi fines iuxta foederum Lithuanicorum verba a commissariis nostris monstrati sunt. Non dubitamus quidem esse nonnullos, qui fortasse proventus eorum locorum exaggerant et magni ponderis esse apud S. Regiam Maiestatem depraedicant, sed id nobis credat Magnificencia Vestra, esse eos valde exiles, et in eo plus nos quaerere ius inclyti Regni Poloniae, quod in Ducatu hoc nostro habet, ac concordiam subditorum, quam commodum aliquod nostrum privatum.

Porro non videmus, cur ea res nunc primum in deliberationem senatorum Magni Ducatus referenda sit, quandoquidem literae commissariorum, communi senatorum Lithuaniae consensu ad eos fines olim delegatorum, clare testantur: Si quae incideret controversia super aliquibus locis finium, de qua commissarii convenire non possent, relinquenda esse illa loca S. Regiae Maiestatis et nostrae cognitioni. Hinc sane colligere non possumus, cur S. Regia Maiestas concessa autoritate potius uti non velit, quam novam consultationem prius de eadem re suscipere. Accedit et illud, quod quicquid S. Regia Maiestas donarii loco Ducatui nostro adiecerit, conferre id illam sibi ipsi suoque Regno manifestum sit. In quo cum Magnificencia Vestra [partes] non postremas ferat, sed ex praecipuis eiusdem membris sit, certo scimus eam etiam eo prouiore animo corporis illius, cuius membrum agit, commodis consulturam esse. Quam ob rem Magnificentiam Vestram summopere rogatam habemus, ut porro petitionem nostram apud S. Regiam Maiestatem eo benignius iuvare non gravetur.

Pluribus haec a Magnificencia Vestra peteremus, nisi perspectus ea in re nobis esset Magnificentiae Vestrae animus. De quo uti nobis amplissima promittimus, ita non intermitteremus, quin vicissim re etiam aliquando ipsa gratitudinem nostram declaraturi simus. Quod ut Magnificencia Vestra sibi de nobis, tamquam amico Principe, persuasum habeat, cupimus. Ad extremum optamus Magnificentiam Vestram perquam optime valere, cuius benevolentiae nos nostraque iterum atque iterum amice commendamus. Datae ex arce nostra Insterburgk.

Relatio Cancellarii
Principi sic placuit.
A[ndreas] Möncer

a) *in ms. temporare*

1) *Anna Maria.*

2) *Anna Sophia et Elisabeth.*

N. 3841.

Instербурги, 20.XI.1552.

*Anna Maria et Anna Sophia, uxor et filia ducis Alberti,
Sigismundo Augusto regi Poloniae
Erasmus Baumgart, in causa Gertrudis Hermensdorff viduae, cuius filiam in
matrimonio habet, Vilnam proficiscentem, commendant.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 432.*

N. 3842.

Тарпау, 22.XI.1552.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de quibusdam regis Daniae subditis a servitoribus abbatis Olivensis prope
Gedanum aliis vulneratis, aliis occisis.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 433-434.*

Regi Poloniae, XXII Novembris.

De nobilibus Danicis apud Gedanum occisis et vulneratis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod Serenissimus Rex Daniae, Dominus et affinis meus colendus¹⁾, amice mihi per literas significandum curavit, conquerens de insigni quadam iniuria, quae suis subditis non procul a Gedano nuper admodum illata est, quod scribat Regia Sua Dignitas duos nobiles adolescentes a servitoribus abbatis Olivae²⁾ in via publica, primum crudeliter occisum, alterum vero laetaliter vulneratum fuisse. Quare cum parentes et cognati eorundem adolescentum, iusto dolore commoti, eam caedem legitimis rationibus persequi et ipsos percussores ulcisci statuerint, vehementer a me et amice Regia Sua Dignitas postulavit, ut hanc causam S. Regiae Maiestati Vestrae commendare non graverer. Ego, etsi non dubito S. Regiam Maiestatem Vestram, uti aequitatis ac iustitiae amantissimam, per se, modo admoneatur, curaturam, ut eiusmodi facinorosi homines dignas factorum suorum poenas luant, tamen Regiae Dignitatis Suae nomine, quae confidit meas literas multum momenti habituras, obnixè oro, S. Regia Maiestas Vestra hunc praesentium exhibitorem, Simonem Wolder, quem Danici illi nobiles, quorum filii caesi sunt, plenipotentem ablegarunt, clementer audire ipsumque et literis et mandatis suis regiis, quantum ius et iustitia exigit, in gratiam Regiae Dignitatis Danorum et propter intercessionem hanc meam benigne iuvare dignetur, ut illi contra facinorosos istos latrones et sicarios, ubicumque locorum in Regno ac dominiis S. Regiae Maiestatis Vestrae inveniri expiscarive poterunt, iustitia indilata administretur. Id Regiae Dignitati Suae gratissimum accidet, ego autem S. Regiae Maiestati Vestrae, quibus

possum officiorum debitorum generibus, sedulo compensabo, non dubitans ipsos etiam nobiles suis summis studiis et servitiis promerituros. Com-mendo S. Regiam Maiestatem Vestram Deo omnipotenti perpetuis tempo-ribus salvam, incolumem et florentem conservandam. Ex arce nostra Tapiau.

Commissio Principis propria.
C.S.

- 1) *Christianus III.*
- 2) *Lambertus Schlieff.*

N. 3843.

Tapiau, 22.XI.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,

pro quibusdam nobilibus ex Dania, «quorum filii in via publica circa Geda-num accuratum iter habentes contra iura et pactiones omnium natio-num crudeliter caesi sunt» (cfr. N. .praeced.).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 434-436.

N. 3844.

E Regio Monte, 7.XII.1552.

Albertus dux in Prussia

amicis et exsecutoribus testamenti Ioannis Dobrzykowski, succamerarii Plo-censis [Petro Szczawiński, Andreae Duchnicki, Stanislaw Wolski, Alberto Grabski, Alberto Kossobudzki],

de morte amici eorum eos consolatur («haec communis omnium hominum sors est, ut nonnisi per mortem hanc temporalem ad immortalitatem et consortium beatorum transire queant, et nobis in Christum creden-tibus certa spes... sit proposita, fore nos post has aerumnas et afflictio-nes heredes aeternae vitae»); filium demortui sibi commendatissimum futurum nuntiat («daturi operam, ut quemadmodum hactenus factum, in studiis bonarum artium optimorumque morum diligenter institua-tur»).

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1367.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 436-438.

Albertus dux in Prussia

*Laurentio Discordiae, parocho in Biala,
de criminibus quibusdam et facinoribus, ministro verbi indignis, eum obiur-
gat et, si innocens est, hortatur, ut innocentiam suam certis et indubitatis,
non fictis et falsis argumentis probet.*

Ostpr. Fol., vol. 52, ff. 438-441.

Laurentio Discordiae, IX Decembris.

Salutem et gratiam nostram.

Venerabilis, Fidelis, Dilecte.

Prolixas tuas literas, quas ad nos de mense Octobri scripsisti, in quibus te longis verborum ambagibus excusare et de crimine raptus purgare conaris, quod hinc Regio Monte abiens nullam tecum mulierem abduxeris, accepimus ac legendo cognovimus, eamque defensionem tuam suo iuri relinquimus. Ceterum te celare nolumus, quod nobis interea temporis ab hominibus fide dignis pro certo relatum est eam mulierem, de cuius abductione accusatus es, tertio mox die post tuum adventum in Biala compa-
ruisse ac in hospitio suo interrogatam palam respondisse, quod eam pro coca conduxeris. Quoniam autem sub adventum tuum ibidem quoddam scortum offenderas, cui praefectus noster in Johannisburg propter lasciviam et libidinem ex praedio nostro missionem dederat, inde adeo factum, quod alteram istam mulierem, quae te secuta erat, nec videre nec audire volueris. Nihilominus tamen ea ipsa aliquot noctibus in parrochia pernec-
tasse dicitur. Quod autem capitaneo nostro eo nomine te obiurganti responderis eam mulierem non te, sed famulum tuum secutam, id quomodo veritati consentaneum sit, cum et ipse famulus coram pernegarit et in te culpam reiecerit, tu ipse videris; an etiam verum sit, quod famulus iste una cum muliere, sublata tibi aliqua pecunia et suppellectili (uti scribis), aufugerit, cum verisimilius sit te ipsum sponte tua expulisse, aliorum iudicio relinquimus.

Praeterea et rumoribus ad nos perfertur te non modo istic in parrochia, sed etiam in Mazovia, cum maximo scandalo christianorum inordinate, ne dicamus flagitiose, vivere et regulam a divo Paulo verbi ministris perscriptam minime servare, atque nuper adeo in oppido Collen te tentasse pudicitiam^{a)} uxoris et ancillae honesti cuiusdam viri, in oppido vero Wagenschoss te cum publico scorto rem habuisse, ut taceamus interim, quod mercaturam exercere, quae prorsus indigna est hoc tuo ecclesiastico officio, non verearis et homines innoxios indignis verbis et modis tractare soleas. Quae si ita res habet, tu ipse cogita, quo pacto te, toto vitiis et criminibus inquinatum, pro ministro verbi Dei agnoscere, tolerare et fovere diutius possimus. Cum autem indicta causa quenquam iudicare aut condemnare non soleamus, imo id si fiat, iniquum putemus, itaque tibi serio iniungimus, ut primo quoque tempore enumerata ista crimina omnia et singula certis, veris et indubitatis argumentis, non fictis, falsis, excogitatis et conquisitis arte probationibus, diluas et refellas, quo tua nobis innocentia manifesta fiat. Nobis enim ad talia crimina connivere, nisi gravem indignationem et iram Dei Optimi Maximi in nos concitare velimus, nullo modo licet.

Haec tibi pro declaranda sententia nostra, cuius responsum neque

ambiguum neque fallax expectare volumus, scribenda duximus. Pro officio tuo et gratia nostra aliter non facturus. Ex Monte Regio.

Princeps et Cancellarius audivere.
C.S.

a) in ms. puditiām

N. 3846.

E Regio Monte, 10.XII.1552.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,

de filio ei nato gratulatur; timet, ne rex propter pestem grassantem periculo se exponat; de sponsalibus filiae et filii castellani Cracoviensis gaudet; pro novitatibus scriptis gratias agit; negotium finium Lithuanicorum commendat.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 441-445.

Ioanni Ozieski, Supremo Cancellario, X Decembris.

Gratulatur de nato filio¹⁾, agitque gratias de novis communicatis.

Magnifice ac Generose, Amice multis nominibus nobis dilecte.

Ea est animorum humanae societatis et candoris coniunctio, ut nihil tam celebre tamque eximium sibi ducat, quam si eorum successibus et felicitati, quorum integritatem perspectam habet, congratulandi et applaudendi crebra se offerat occasio. Hinc fit, cum et nos e multis Magnificentiam Vestram nobis charissimum amicum delegerimus, cuius et sincerum animum toties et tam praeclare de nobis meritum amamus et magnificamus, ut nihil ei tam magnum tamque plausibile divinitus contingere possit, quin illud ipsum non duplo maius, iucundius et celebrius Magnificentiae Vestrae adventum cupiamus. Itaque, quod felix et faustum Deus Optimus Maximus esse velit, magno de nata Magnificentiae Vestrae mascula prole gaudio affecti sumus, atque in hoc conditorem et conservatorem generis humani benignissimum flagitamus, ut cum clementer desiderio et precibus Magnificentiae Vestrae locum dederit, eam quoque prolem in multos annos excrescere omnisque generis virtutibus praeclaram et insignem tam ad propagationem honoris, quam Magnificentiae Vestrae ac patriae celeberrimam esse velit. Quandoquidem autem Magnificentia Vestra, pro suo in nos summo studio, simili quoque nos prole exhilaratos^{a)} aliquando iri precatur, sane ita, ut debemus, hoc Magnificentiae Vestrae votum grato et amico animo amplectimur. Ac cum eam tantopere nostris non minus ac suis favere et affici commodis sciamus, latere Magnificentiam Vestram nolumus coniugem nostram charissimam non obscura divinitus iam fovere signa et indicia sperandae prolis. Faxit Deus, ut et Magnificentiae Vestrae votum et desiderium quoque nostrum suo tempore utriusque nostrum applausu confirmetur. Atque ita ab ineunte aetate ea filiorum coadulescat amicitia et benevolentia, quae parentibus nobis hactenus interessit, et ad ultimum, Deo adiuvante, duratura est vitae diem.

Quae vero de pestifera istic infectione Magnificentia Vestra scribit, iniucunda sane nobis sunt, ac vellemus S. Regiam Maiestatem sibi tempori

cavere, ne ingravescente ea lue periculo se exponeret. Precamur autem Deum Optimum Maximum, ut poenas eiusmodi istic et ubique clementer avertat et suis parcat.

De sponsalibus filii et filiae Domini Castellani Cracoviensis²⁾ plurimum congratulamur, Deus utriusque matrimonium clementer fortunet.

De novis nobis communicatis magnas Vestrae Magnificentiae habemus gratias, praecipue autem pro iis, quae Magnificentia Vestra manu propria ad nos perscripsit. Nos etsi vicissim libenter Magnificentiae Vestrae eiusmodi aliquid communicaremus, tamen nunc temporis praeter vetera, Magnificentiae Vestrae iam procul dubio nota, nihil hic habetur. Si quid porro ad nos perlatum fuerit, participem eius Magnificentiam Vestram redemus. Petimus itidem, si quae recentiora Magnificentia Vestra habuerit, nobis ut perscribat.

Ad extremum non dubitamus obtigisse iam Magnificentiae Vestrae responsum a S. Regia Maiestate in negotio finium Lithuanicorum, uti rogata a nobis est S. Regia Maiestas et Magnificentia Vestra. Speramus itaque Magnificentiam Vestram prope diem laeto nuntio ea in re nos exhilaraturam esse. Quod sane perquam amice vicissim demerituri sumus. Tandem optamus et precamur Magnificentiae Vestrae longam valetudinis incolumitatem et rerum omnium ad vota felicissimum successum, nos vero et nostra omnia favori Magnificentiae Vestrae pristino recommendantes. Datae Regio Monte, ut supra.

Cedula

Agit gratias de novitatibus perscriptis et petit responsum in negotio Lithuaniae.

In harum obsignatione fere sub idem tempus binae nobis a Magnificentia Vestra oblatae^{b)} sunt literae. Quarum alteris, cum strenuo Ioanne a Werden etc. missis, iterum nobis nova ex Hungaria communicat. De iis maximas Magnificentiae Vestrae habemus gratias. Ac ut iucundum nobis fuit cognitu apparatus Turcicum ab arce Agiensi recessisse, ita sane dolenter perciperemus, si redintegratis viribus eo redirent, praesertim autem quod illos, qui sunt in praesidio omni auxilio destitutos audimus. Deus illis parcat et hostium conatus clementer reprimat.

Quod alteras attinet, perquam amice operam, studium et diligentiam Magnificentiae Vestrae in negotio finium Lithuanicorum amplectimur, proque eo, ut debemus, illud demereri parati sumus. Nec dubitamus S. Regiam Maiestatem, accedente Magnificentiae Vestrae opera, clementem hac ex parte rationem nostri habituram. Amplissima enim nobis de ea appendice litterarum Magnificentiae Vestrae (quantum in ipsa est) pollicemur. Siquidem multum et rem totam in ipsa et penes ipsam S. Regiam Maiestatem esse scimus, ita ut si illa (uti minime dubitamus) bene voluerit, salva futura sint omnia. Summopere autem Magnificentiam Vestram rogamus habemus, ut quod cepit sedulo urgere negotium, porro non desinat. In quo nobis fecerit longe gratissimum ac amicis studiis demerendum. Datum ut in literis.

a) in ms. exhilaratos

b) in ms. ablatae

1) Ioannes Ocieski iunior.

2) Ioannes Christophorus, filius, et Sophia, filia
Ioannis Tarnowski.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,

pro studio, in negotio Alexandri Sculteti et scholaris sibi commendati adhibito, gratias agit et negotium Sculteti porro promoveri expetit; quod casei missi regi placuerint, gratum sibi fuisse nuntiat; pro novitatibus missis gratias agit; equum dono mittit.

(Schedula: negotium Sculteti, hactenus ex sententia non confectum, iterum commendat).

Cfr. El. XLIII, N. 126.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 161v-162.

An Gabrieln Therla, den XI Decembris etc.

Wir haben ewer schreiben, den 2 Decembris datirt, zun handen bekhommen und anfangs daraus verstanden, was muhe und fleiss ir unserm bescheenem ansuchen nach in Allexandri Schulteti sachen angewendet und euch nach eribittet. Fur solchs alles seindt wir in sondern gnaden danckbar und wollen, wess der liebe Gott in demselben handel ferner geben und verleyhen wirdt, sowol in anderm bey unserm postjungen, den Bocken, ferner eroffnung gewarthen.

Das ir auch umb unsernt willen den studenten dermassen gefordert, fur solchs seindt wir in sondern gnaden danckbar.

Hieneben haben wir gerne gehort, das der ko.mt., unserm g.h. und freuntlichen oheimen, an zusendung der keslein, welche s.ko.mt. durch unsere geliebthe tochter¹⁾ ubersendet, zu gnedigem ko. willen uns wolgefallen gescheen; das sie aber eines theils hart und unschmackbar worden, ist uns nitt lieb, und wiewol itziger zeit, als im winther, dieselben kesslein nitt so gutt als im herbst werden, haben wir gleichwol die verordnung gethan, das wo nicht bei diesem zeiger, doch bald hernach ir mt. etzlich schock, so gutt als sie itziger zeit gerathen, ubersandt sollen werden.

Der anthwort uff unser aigen handtschreiben wollen wir gewarthen.

Fur die mitgetheilten zeitung thun wir uns in gnaden bedancken, und wolthen euch gern widderumb mittheilung thun, haben aber nichts schriftwirdiges; kompt etwas an uns, sol es euch unvorhalthen bleiben, wie wir dasselb in gleichem, ob an ko[niglichem] hove etwas were, gewarthen.

Das braune hengstlein, welchs wir euch alhie zugeordnet gehabt, ubersenden wir euch hiemit. Dorfft auch kein beisorge haben, das ir uns damit beschweret, dan wir fur empfangene guttwillige dienstbarkeit viel ein mhe-rers schuldig. Und wolthen euch solchs uff euer schreiben gnediglichen nitt pergen. Datum.

Cedula

Wie wir diess schreiben algereidt vorfertigt, kompt Bock bei uns mit der antwort uff unser handtschreiben. Weil wir dann bemelthem Schulteti den bescheidt, so wir von ko.mt., vor lengsten zugeschrieben, habt ir zu erachthen, das uns die endereung beschwerlich, begeren demnach gnediglich, ir wollet nachmals muglichen fleiss in derselben sachen anwenden, ob nach etwas fruchtbarliches zu erhalten. Das seindt wir etc.

B. Gans
Secretarius.

1) Anna Sophia.

N. 3848.

S.l., 11.XII.1552.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pohibel

litteras eius, 29.XI. datas, sibi allatas esse significat; quod litterae suae manu propria scriptae regi traditae sint, gaudet; pro equo gradario, a «domino Lipnicki» (vom hern Lippnitzki) sibi misso gratias agit; se officialibus suis mandasse nuntiat, ut stipendium pro anno 1553 ante statutum tempus ei persolveretur («ein jhar zuvoraus»), et praetera 20 floreni ad emendam calidam vestem («zu einem warmen cleid») ei destinarentur; equos sibi emi petit; ad has omnes impensas persolvendas summam 210 florenorum a Conrado Knopff Vilnae eum accepturum esse nuntiat; soccos sibi promissos, ex pilis fibrorum confectos («socken von biberharen gemacht»), exspectat.

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 74.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 160-161.

N. 3849.

E Regio Monte, 14.XII.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

scribit causas, cur castrum Preussisch Mark Ioanni a Werden iuniori ea condicione, qua pater ipsius illud tenebat, ad vitae tempora concedere non possit («quippe cum castrum illius Preuschmarck ea sit conditio, situs et oportunitas, ut ingruentibus bellis, quae Deus clementer avertat, magno praesidio huic toti regioni esse possit»).

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 575.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 445-446.

N. 3850.

E Regio Monte, 14.XII.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de negotio Anglico et civitatum maritimarum confederatarum.

Cfr. El. XXXI, N. 578.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 447-448.

Regi Poloniae, XIII Decembris.

Scribit de negotio Anglico.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Sacram Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod nobilis ac strenuus, sincere mihi dilectus Ioannes a Werden, heres in Neu-

burg, proconsul Gedanensis et in Preuschmarck capitaneus, iuxta fidei literas, quas a S. Regia Maiestate Vestra mihi obtulit, negotium Anglicum pro dexteritate sua satis luculenter apud me exposuit. Et quanquam meam exiguitatem facile agnosco, quod S. Regiae Maiestati Vestrae meo consilio in hac causa parum prodesse possum, tamen eas ipsas informationes et mandata, quae quidem huic negotio profutura et necessaria credidi, pro ingenii mei mediocritate literis concipienda et expedienda curavi, salvis semper S. Regiae Maiestatis Vestrae ac prudentissimorum suorum senatorum consiliis, toto pectore optans, ut Deus Optimus Maximus ea fortunare et clementer prosperare dignetur. Quae praeter haec S. Regia Maiestas Vestra dicto Ioanni a Werden clementer iniungere dignata est, ea quoque ipso referente intellexi, ut visa scilicet oportunitate cum urbibus maritimis conferat et ad omnia negotia casusque impendentes animum diligenter advertat. Id consilii, quoniam S. Regiae Maiestatis Vestrae Regni, terrarum populorumque salutem et incrementum concernit, non potest mihi non vehementer probari. Ideoque quod meo exiguo captu hic quoque potui, in medium consului dedique operam, ut instructionem ad Regiam Celsitudinem Angliae¹⁾, de qua S. Regiae Maiestati Vestrae exemplar transmittito, cuius vigore cum civitatibus maritimis expeditius et maiore cum authoritate fructuque agere posset, nancisceretur, in Deo fiduciam ponens, quemadmodum ipsum ex corde fideliter et devote precor, hos conatus et haec consilia sine fructu nullo modo transitura.

Et quoniam breve admodum tempus ad hunc conventum urbium maritimarum superest, ita ut omnino intra quatuor septimanas legato proficiscendum sit, itaque S. Regia Maiestas Vestra clementer curabit, ut literas credentiae, instructiones et alia, ad hanc rem necessaria, sine mora longiori consequatur. Quod superest, S. Regiam Maiestatem Vestram Deo omnipotenti longis temporibus salvam, incolumem et florentem conservandam, me autem gratiae et clementiae eiusdem S. Regiae Maiestatis Vestrae committo. Datae ex Monte Regio.

C.S.

1) *Eduardus VI.*

N. 3851.

E Regio Monte, 14.XII.1552.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Lipnicki

pro equo gradario sibi misso et altero antea suppeditato gratias agit et nuntiat se Bernardo Pohibel iussisse, ut pro eiusmodi equis debitam pecuniam ei numeraret.

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1369.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 449.

N. 3852.

S.l., 14.XII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,
equum marem, licet vitium quoddam in femore habentem, mittit et sperat eius-
modi vitium ei non esse nociturum; duos equos nigros (zwene rappen)
regi tradendos mittit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, f. 162v.*

N. 3853.

E Regio Monte, 15.XII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Martino Glossae, paracho Iohannisburgensi,
postulat, ut commissariis cognoscendo negotio Laurentii Discordiae a se desi-
gnatis se adiungat et una cum illis praestituto die conveniat et eiusdem
Discordiae defensionem audiat.
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 450.*

Magistro Martino Glossae, paracho in Johanssburgk, XV Decembris.
De negotio Laurentii Discordiae.

Venerabilis, Fidelis nobis dilecte.

Quoniam crebrae nobis querelae de Laurentio Discordia, paracho in Biala, offeruntur, praesertim quod inhonestam et scandalosam vitam agere dicatur, itaque visum est nobis ad eam rem exquirendam ac cognoscendam certos commissarios deputare, qui ad diem Mercurii ante Epiphaniam, hoc est quarto die Ianuarii in Biala compareant et hoc negotium debito modo exequantur. Clementer itaque postulamus a vobis, ut iis commissariis nostris, videlicet Generoso Baltazaro a Quingenbergk, consiliario nostro, ac Venerabili Ioanni Chireck, archypresbytero in Neidenburg, vos adiungatis et una cum illis die praestituto in rem praesentem descendatis, querelas contra dictum Discordiam audiat, eiusque defensionem cognoscatis ac tandem haec negotia ita terminetis, ut omnia scandala e medio tollantur et cuilibet debita iustitia nostro nomine administretur, pro officio vestro nostraque clementia aliter non facturi. Ex Monte Regio etc.

N. 3854.

E Regio Monte, 15.XII.1552.

*Albertus dux in Prussia
episcopo Vladislaviensi [Ioanni Drohojowski]
iterum (cfr. N. 3837) pro subditis suis Regiomontanis, quorum bona et merces
sub iurisdictione eius a Georgio Ritter, cive Toruniensi, arrestata sunt et
hactenus detinentur, intercedit et rogat, ut eiusmodi bona subditis suis
sine longiore mora extradenda et restituenda curet.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 455-456.*

N. 3855.

S.l., 15.XII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,
de equis nigris (schwartzte rappen) regi mittendis.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 164-164v.

N. 3856.

E Regio Monte, 16.XII.1552.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

nomine tutorum impuberum Alberti Russau liberorum petit, ut «illis potestas fieret avehendorum lignorum et cinerum istorum (a patre eorum olim in silvis reginae elaboratorum) ad proximum ver, et numeratio mercedis debita benigna dilatione S. Vestrae Reginalis Maiestatis prorogaretur usque ad nundinas Gedanensium, quas vocant Dominicales, proxime secuturas».

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 582.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 451-453.

N. 3857.

E Regio Monte, 16.XII.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de causa Georgii Ritter, civis Toruniensis, et de iniuriis ab eodem Ritter subditis suis illatis.

Cfr. El. XXXI, N. 579.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 453-455.

Regi Poloniae in causa Georgii Ritters, XVI Decembris.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Renuntiarunt mihi commissarii mei, ex conventu Elbingensi in caussa Georgii Ritters, civis Thurunensis, redeuntes, propter absentiam plerorumque commissariorum, a S. Regia Vestra Maiestate ad eam causam designatorum, nihil illic confici potuisse, sed ab his, qui tum praesto fuerunt, totam causam in proximum conventum Marienburgensem reiectam esse. Cum autem facile accidere possit, ut ad id quoque tempus non omnes pariter commissarii adsint, visum est illis de communi consilio ad S. Regiam Vestram Maiestatem referre, primum ut S. Vestra Regia Maiestas dilationem illius causae ex data commissione iudicandae clementer confirmet et ratam habeat; deinde ut praescriptum numerum commissariorum utrinque ita moderetur, ut si ab una forte parte tres vel quatuor tantum prae-

sentes fuerint, ab altera quoque pari numero adhibeantur, ne absentium causa, sicut nunc accidit, totius negotii, iam satis diu protracti, diiudicatio longius prorogetur. Quare S. Vestram Regiam Maiestatem obnixè rogo, ut hisce rebus regiam suam auctoritatem addat, easque clementer ad faciliorem odiosae istius causae determinationem ratas esse iubeat.

Intellexi etiam ex multis subditorum meorum querimoniis, Georgium Ritter bona arrestata nondum iuxta gemina S. Vestrae Regiae Maiestatis decreta restituisse, sed ea pertinaciter, sprete omni auctoritate iuris et rerum iudicatarum, retinere. Quod cum per se indignum sit et S. Regiae Vestrae Maiestati minime ferendum, ut homo prae fractus et contumax decreta regia vilipendat, etiam atque etiam rogamus, ut illius contumacia meritis poenis coerceatur et serio atque sub gravi comminatione restitutio denuo mandetur. Quare nihil mihi gratius et ad causam illam iudicandam accommodatius fieri poterit. Donec enim Georgius Ritter bona illa detinet, omnes occasiones litis in infinitum protrahendae^{a)} studiose captat ac mavult perpetuo ea retinere, quam eventum litis, quem non ignorat sibi periculosum fore, experiri. Quod superest, opto S. Regiae Vestrae Maiestati longam felicitatem et valetudinem prosperam.

D. Jonas

a) correctum ex: proferendae

N. 3858.

E Regio Monte, 24.XII.1552.

*Albertus dux in Prussia
palatinae Lanciensi [Elisabeth de Sieprc Brudzewska]
de controversia, quae ei cum Alberto Finck, subdito suo, intercedit.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1372.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 457-459.

Palatinae Lanciensi, XXIII Decembris.
De negotio, quod habet cum Alberto Fink.

Magnifica et Generosa, singulariter nobis dilecta.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, quibus summatim de non administrata sibi per commissarium nostrum et iudicium Hoenstinense iustitia conqueritur, causasque eius rei annectit, quod nobilis Albertus Finck, subditus noster, cautionem fideiussoriam a Magnificentia Vestra illegittime (ut ipsa existimat) exegerit. Ad haec, quod Magnificentia Vestra commissarium nostrum iudicesque assessores plus adversae parti inclinare et favere dicat, ita etiam, ut licet cognoverint non cogendam Magnificentiam Vestram ad praestationem cautionis, studiose tamen definitivam ferre sententiam noluerint.

His et aliis omnibus a Magnificentia Vestra luculenter productis, probe nobis intellectis, necessarium duximus recurrere ad relationem commissarii nostri. In qua inter cetera longe diversa illis, quae Magnificentia Vestra commemorat, offendimus. Primo enim novam donationis titulo a Magnificentia Vestra institutam actionem cognovimus, ad quam subditus noster iuris beneficio ante satisfactionem aut fideiussoriam cautionem, a Magnificentia Vestra praestitam, respondere recusaverat. Hanc cautionem non modo Magnificentiam Vestram praestare abnuisse, verum ne sententiam

quidem super ea ferri, sed simpliciter de principali negotio cognosci voluisse, frustra in hoc commissario nostro et iudicibus assessoribus meliora Magnificentiae Vestrae suadentibus. Tamen cum permoveri se ad hoc Magnificentia Vestra nullis persuasionibus, licet legitimis, passa esset, subditusque noster in beneficio iuris perstitisset, datum invenimus de hac controversia recessum, ut vocant, reum subditum nostrum prius ad respondendum iure cogi, aut iudices de negotio principali ferre sententiam non posse, nisi cautione prius per Magnificentiam Vestram praestita. Quae sane longe diversa, si non verius contraria iis, quae commemorat Magnificentia Vestra, apparent.

Hinc sane non videmus, qui queri Magnificentia Vestra, cum de commissario nostro, tum de iudicii assessoribus, recte aut iure queat, ut taceamus eam insimulationis notam, qua de intercessione S. Regiae Maiestatis Poloniae etc. neglecta, spretis item mandatis nostris, in bonos viros invehitur, quos hactenus nonnisi integros et probatae fidei iustitiaeque amantes, seposito omni humano in eiusmodi causis affectu, cognovimus. Idcirco ipsa Magnificentia Vestra, si gravatam se aut negotium hoc iusto longius protrahi existimat, sibi imputet, quod ea, quae iuris beneficio reo conceduntur, praestare ac ferri in ea lite sententiam recusaverit. Ac, quemadmodum aliquoties scripsimus Magnificentiae Vestrae, integrum nobis non est causam hanc ante legitimum appellationis viam iudicio nostro aulico subiicere. Obstant enim iura et consuetudines harum terrarum, quae nobis infringere salva fide nostra licitum non est.

Quam ob rem necesse erit, ut Magnificentia Vestra prius iuri terrestri hoc negotium, praestitis iis, quae iura praestari volunt, submittat. In quo si post latam sententiam definitivam se gravatam putaverit, liberum ei erit ad nos provocare. Daturi tunc operam, ut citra aliquam dilationem, quod ius dictabit, Magnificentiae Vestrae administretur, utque intelligat Magnificentia Vestra clementer nos cupere eius causae finem, non intermittere iterum aliquem commissariorum nostrorum ei iudicio ad proximum iudicii diem praeficere. Atque haec Magnificentiae Vestrae respondenda esse ducebamus. Quae bene valeat.

Ex relatione Cancellarii
Lohmoller audivit.
And[reas] Muncerus.

N. 3859.

E Regio Monte, 26.XII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de causa inter quendam Achatii Czema praefecturae Willenberg subditum et
Ioannem Krzyżanowski, aulicum regium, per appellationem ad regem
devoluta.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 461-462.*

Regi Poloniae, XXVI Decembris.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Significavit mihi Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis, Achatius Zcema, causam subditi praefecturae suae de Willenberg, quam cum aulico S. Regiae Maiestatis Vestrae, Ioanne Krizanowski, habet, per

appellationis viam ad S. Regiam Vestram Maiestatem devolutam, eique iustificandae certum diem dictum esse. Cui negotio cum idem subditus de Willenberg civem quendam Culmensem, Ioannem Palum, suo nomine praefecisset, eique Wisnae iam tum existenti literas plenipotentiae, ut vocant, perferendas curasset, easque dicti Palatini servitori tradidisset, accidit, ut servitor aut tabellarius iste literas eas per incuriam in Ducatu meo districtus Interburgensis amiserit. Interea autem temporis de toto negotio cognitum, hucque Willenbergensem propter absentiam in contumaciam condemnatum esse. Quae res cum misero illi in maximum vergat detrimentum, petiit, ut eius nomine de negotio per S. Regiam Vestram Maiestatem in integrum restituendo intercederem. Quod ei minime abnuendum esse putavi. Itaque cum S. Regia Vestra Maiestas facile intelligat incuriam tabellarii misero huic, legitimam exceptionem habenti, incommodare non posse, officiosissime eam rogatam habeo, ut restituto in integrum negotio, dictoque alio die, recognoscere de tota causa clementer mandet. Qua in re S. Regia Vestra Maiestas mihi fecerit gratissimum, misero vero illi perpetua observantia demerendum. Quod superest, opto S. Regiam Vestram Maiestatem perquam optime valere. Datae Regio Monte.

Ex relatione Cancellarii
A.M.

N. 3860.

E Regio Monte, 27.XII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Przeremski, R.P. vicecancellario,
de causa inter quendam Achatii Czema praefecturae Willenberg subditum et
Ioannem Krzyzanowski, aulicum regium, per appellationis viam ad regem
devoluta (cfr. N. 3859).
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 460-461.*

N. 3861.

E Regio Monte, 28.XII.1552.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
Ioannem Seclucianum, concionatorem Polonum, commendat.
Cfr. El. XXXI, N. 589.
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 463.*

Regi Poloniae, XXVIII Decembris, pro Ioanne Seclutiano.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Supplicavit mihi Ioannes Seclucianus, concionator Polonicus, ut pro se apud S. Regiam Vestram Maiestatem intercederem. Quod dicat se a S. Regia Vestra Maiestate quaedam bono iure petere velle, imo etiam non sine spe bona iam petiisse et clemens responsum retulisse. Is cum serviciis

suis egregie mihi commendatus sit, fidesque ipsius cum erga S. Regiam Vestra Maiestatem, tum Ecclesiam Dei et universam gentem Polonicam spectata sit, honeste illius precibus abnuere non potui. Cum hanc meam intercessionem sibi apud S. Regiam Vestram Maiestatem plurimum profuturam confidat, etiam atque etiam S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut eundem Seclutianum clementer audire et precibus illius honestis locum dare dignetur. Quod S. Regiam Vestram Maiestatem facturam minime dubito. Daturus operam, ut vicissim hanc S. Regiae Vestrae Maiestatis benevolentiam studiosissime demereri queam. Datae Regio Monte.

Mutatis mutandis Reginae Poloniae
A.M.

N. 3862.

S.l., s.d, XII.1552.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

significat se cum Ioanne a Werden [proconsule Gedanensi] de negotio civitatum maritimarum cum rege Angliae [Eduardo VI] tractando collocutum esse et ei, ad eundem regem Angliae regio legato, instructionem suam dedisse.

(Germanice)

Cfr. El. XXXI, NN. 576, 578.

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 163.

ELENCHUS EPISTULARUM

Nr.

Dat.

ALBERTUS DUX IN PRUSSIA:

3565	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E Regio Monte	15.I.1551
3578	»	»	28.II.1551
3595	»	Neuhausen	18.IV.1551
3608	»	E Regio Monte	14.V.1551
3613	»	»	27.V.1551
3623	»	»	10.VI.1551
3624	»	»	10.VI.1551
3631	»	»	17.VI.1551
3632	»	»	18.VI.1551
3636	»	»	5.VII.1551
3640	»	»	13.VII.1551
3642	»	»	21.VII.1551
3646	»	»	4.VIII.1551
3649	»	»	11.VIII.1551
3651	»	»	12.VIII.1551
3652	»	»	12.VIII.1551
3654	»	»	20.VIII.1551
3657	»	»	21.VIII.1551
3672	»	»	23.IX.1551
3682	»	Vilnae	26.X.1551
3683	»	»	28.X.1551
3684	»	»	28.X.1551
3686	»	E Regio Monte	2.XI.1551
3693	»	s.l.	19.XI.1551
3700	»	Ragnetæ	4.XII.1551
3703	»	Tilsæ	6.XII.1551
3704	»	Insterburgi	7.XII.1551
3707	»	Tilsæ	8.XII.1551
3708	»	»	12.XII.1551
3717	»	E Regio Monte	31.XII.1551
3724	»	»	14.I.1552
3725	»	»	14.I.1552
3735	»	»	14.II.1552
3750	»	»	12.IV.1552
3758	»	»	9.V.1552
3759	»	»	17.V.1552
3762	»	»	3.VI.1552
3767	»	»	21.VI.1552
3776	»	»	3.VII.1552
3779	»	»	7.VII.1552
3781	»	»	8.VII.1552

Nr.				Dat.
3798	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E Regio Monte		26.VIII.1552
3799	»	»	»	26.VIII.1552
3801	»	»	»	28.VIII.1552
3803	»	»	»	29.VIII.1552
3827	»	»	»	18.X.1552
3829	»	»	»	25.X.1552
3830	»	»	»	28.X.1552
3836	»	»	Insterburgi	18.XI.1552
3842	»	»	Tapiau	22.XI.1552
3849	»	»	E Regio Monte	14.XII.1552
3850	»	»	»	14.XII.1552
3857	»	»	»	16.XII.1552
3859	»	»	»	26.XII.1552
3861	»	»	»	28.XII.1552
3862	»	»	s.l.,	s.d. XII.1552
3567	Barbarae reginae Poloniae	E Regio Monte		15.I.1551
3702	Bátthyany Francisco	Tilsae		5.XII.1551
3586	Białobłocki Andreae	E Regio Monte		22.III.1551
3573	Bojanowski Stanislaο	»	»	26.I.1551
3605	»	»	Neuhausen	8.V.1551
3615	»	»	E Regio Monte	27.V.1551
3621	»	»	»	8.VI.1551
3566	Bonae reginae Poloniae	»	»	15.I.1551
3568	»	»	»	19.I.1551
3569	»	»	»	20.I.1551
3577	»	»	»	27.II.1551
3581	»	»	»	4.III.1551
3588	»	»	»	1.IV.1551
3594	»	»	Neuhausen	18.IV.1551
3600	»	»	E Regio Monte	26.IV.1551
3601	»	»	»	26.IV.1551
3603	»	»	Neuhausen	1.V.1551
3618	»	»	s.l.,	s.d. V.1551
3633	»	»	E Regio Monte	18.VI.1551
3638	»	»	»	9.VII.1551
3639	»	»	»	10.VII.1551
3663	»	»	»	10.IX.1551
3667	»	»	»	14.IX.1551
3670	»	»	»	16.IX.1551
3715	»	»	Vilnae	26.XII.1551
3753	»	»	E Regio Monte	23.IV.1552
3755	»	»	»	7.V.1552
3785	»	»	»	15.VII.1552
3789	»	»	»	13.VIII.1552
3856	»	»	»	16.XII.1552
3774	Brudzewska Elisabeth	»	»	1.VII.1552
3858	»	»	»	24.XII.1552
3561	Brudzewski Nicolao Jarand	»	»	14.I.1551
3575	»	»	»	6.II.1551
3616	»	»	»	27.V.1551
3661	»	»	»	2.IX.1551
3738	»	»	»	2.III.1552

Nr.			Dat.
3741	Brudzewski Nicolao Jarand	E Regio Monte	18.III.1552
3728	Capitano in Roggenhausen	» »	16.I.1552
3648	Chodkiewicz Hieronymo	» »	10.VIII.1551
3681	» »	Vilnae	23.X.1551
3684	» »	»	28.X.1551
3697	» »	E Regio Monte	28.XI.1551
3716	» »	» »	30.XII.1551
3737	» »	» »	15.II.1552
3747	» »	» »	6.IV.1552
3748	» »	» »	6.IV.1552
3754	» »	» »	25.IV.1552
3777	» »	» »	3.VII.1552
3839	» »	Ragnetæ	18.XI.1552
3622	Consulibus Posnaniensibus	s.l.	9.VI.1551
3832	Czema Fabiano	Insterburgi	29.X.1552
3625	David Lucae	E Regio Monte	10.VI.1551
3845	Discordiae Laurentio	» »	9.XII.1552
3837	Drohojowski Ioanni	» »	18.XI.1552
3854	» »	» »	15.XII.1552
3844	Duchnicki Andreae	» »	7.XII.1552
3699	Eduardo VI regi Angliae	Ragnetæ	4.XII.1551
3824	» »	E Regio Monte	10.X.1552
3579	Gliczner Nicolao	» »	1.III.1551
3853	Glossae Martino	» »	15.XII.1552
3562	Górka Andreae	» »	14.I.1551
3572	» »	» »	26.I.1551
3576	» »	» »	14.II.1551
3587	» »	» »	28.III.1551
3597	» »	Neuhausen	24.IV.1551
3620	» »	E Regio Monte	7.VI.1551
3660	» »	» »	2.IX.1551
3668	» »	» »	14.IX.1551
3692	» »	s.l.	13.XI.1551
3722	» »	E Regio Monte	11.I.1552
3722	Górka Lucae	» »	11.I.1552
3722	Górka Stanislao	» »	11.I.1552
3844	Grabski Alberto	» »	7.XII.1552
3743	Henrico II regi Galliae	» »	23.III.1552
3780	» »	» »	7.VII.1552
3645	Holszański Algimundo Paulo	» »	1.VIII.1551
3614	Isabellae reginae Hungariae	» »	27.V.1551
3718	» »	» »	31.XII.1551
3785	» »	» »	15.VII.1552
3673	Iudicibus terrae Visnensis	s.l.	25.IX.1551
3634	Jabłoński Ioanni	E Regio Monte	22.VI.1551
3771	» »	» »	24.VI.1552
3825	» »	» »	12.X.1552
3617	Jeżowski Georgio	» »	27.V.1551
3560	Jordan Spytconi	» »	14.I.1551
3680	» »	» »	17.X.1551

Nr.			Dat.
3751	Jordan	Spytconi	E Regio Monte 18.IV.1552
3756	»	»	» » 7.V.1552
3806	»	»	Tapiau 17.IX.1552
3828	»	»	E Regio Monte 24.X.1552
3768	Kmita	Petro	» » 21.VI.1552
3810	Kościelecki	Ianussio	» » 30.IX.1552
3811	»	»	» » 3.X.1552
3844	Kossobudzki	Alberto	» » 7.XII.1552
3823	Kretkowski	Silvestro	» » 6.X.1552
3701	Kryski	Alberto	Ragnetae 4.XII.1551
3851	Lipnicki	Stanislao	E Regio Monte 14.XII.1552
3656	Laski	Ioanni	s.l. 20.VIII.1551
3706	»	»	Insterburgi 7.XII.1551
3790	Maciejowski	Nicolao	E Regio Monte 13.VIII.1552
3826	»	»	» » 16.X.1552
3835	»	»	» » 9.XI.1552
3764	Mitzkeit	Simonis viduae	» » 14.VI.1552
3606	Montio	Ludovico	» » 8.V.1551
3744	»	»	» » 2.IV.1552
3592	Montmorency	Annae	» » 10.IV.1551
3739	»	»	» » 13.III.1552
3782	»	»	» » 8.VII.1552
3710	Moskiewski	Nicolao	Ragnetae 15.XII.1551
3809	Noskowski	Andreae	E Regio Monte 29.IX.1552
3726	Nuntiis Regni	Poloniae	» » 14.I.1552
3559	Ocieski	Ioanni	» » 14.I.1551
3655	»	»	» » 20.VIII.1551
3669	»	»	» » 14.IX.1551
3687	»	»	» » 2.XI.1551
3705	»	»	s.l. 7.XII.1551
3719	»	»	E Regio Monte 31.XII.1551
3730	»	»	» » 8.II.1552
3734	»	»	» » 11.II.1552
3787	»	»	» » 7.VIII.1552
3788	»	»	» » 8.VIII.1552
3794	»	»	» » 15.VIII.1552
3795	»	»	» » 17.VIII.1552
3800	»	»	» » 27.VIII.1552
3808	»	»	» » 24.IX.1552
3813	»	»	» » 4.X.1552
3814	»	»	» » 5.X.1552
3840	»	»	Insterburgi 19.XI.1552
3843	»	»	Tapiau 22.XI.1552
3846	»	»	E Regio Monte 10.XII.1552
3598	Odrawąż	Annae	Neuhausen 24.IV.1551
3643	»	»	E Regio Monte 21.VII.1551
3678	»	»	» » 6.X.1551
3688	Olelkowicz	Georgio	» » 3.XI.1551
3713	»	»	» » 17.XII.1551
3760	Ościk	Georgio	» » 17.V.1552
3590	Osmołoski	Iacobo	» » 2.IV.1551

Nr.			Dat.
3630	Osmoloski Iacobo	E Regio Monte	13.VI.1551
3676	Ostroróg Lwowska Annae	» »	5.X.1551
3574	Patrykowski Andreae	» »	27.I.1551
3583	» »	s.l.	8.III.1551
3589	» »	E Regio Monte	1.IV.1551
3609	» »	s.l.	15.V.1551
3641	» »	E Regio Monte	20.VII.1551
3675	» »	» »	3.X.1551.
3729	» »	» »	6.II.1552
3740	» »	» »	18.II.1552
3796	» »	» »	20.VIII.1552
3812	Patzko Ioanni	s.l.	3.X.1552
3626	Pohibel Bernardo	s.l.	10.VI.1551
3665	» »	s.l.	13.IX.1551
3763	» »	s.l.	9.VI.1552
3775	» »	s.l.	2.VII.1552
3819	» »	s.l.	5.X.1552
3834	» »	Instenburgi	29.X.1552
3848	» »	s.l.	11.XII.1552
3580	Policki Ioanni	s.l.	1.III.1551
3838	Praefecto in Gorzdy	Tilsae	18.XI.1552
3604	Pretwicz Bernardo	s.l.	2.V.1551
3610	» »	s.l.	26.V.1551
3714	» »	s.l.	20.XII.1551
3732	» »	s.l.	8.II.1552
3778	» »	E Regio Monte	5.VII.1552
3820	» »	» »	5.X.1552
3860	Przerembski Ioanni	» »	27.XII.1552
3625	Radziwiłł Ioanni	» »	10.VI.1551
3593	Radziwiłł Nicolao «Nigro»	» »	15.IV.1551
3653	» »	» »	12.VIII.1551
3685	» »	Vilnae	28.X.1551
3742	» »	E Regio Monte	23.III.1552
3773	» »	» »	30.VI.1552
3791	» »	» »	14.VIII.1552
3625	Radziwiłł Nicolao «Rufo»	» »	10.VI.1551
3685	» »	Vilnae	28.X.1551
3720	Royzio Petro	E Regio Monte	1.I.1552
3564	Ruhl Andreae	» »	14.I.1551
3635	Senatui Caunensi	» »	23.VI.1551
3690	» »	s.l.	5.XI.1551
3761	Senatui Lublinensi	E Regio Monte	1.VI.1552
3570	Sieniawski Nicolao	» »	20.I.1551
3784	» »	Gedani	13.VII.1552
3571	Sieniawski Procopio	E Regio Monte	23.I.1551
3677	» »	s.l.	6.X.1551
3749	» »	E Regio Monte	8.IV.1552
3805	» »	» »	7.IX.1552
3825	» »	» »	12.X.1552
3765	Sieprski Andreae	» »	14.VI.1552
3831	» »	» »	28.X.1552

Nr.			Dat.
3711	Skaszewski Stanisław	Ragnetæ	15.XII.1551
3619	Srzeński Felici	Balga	3.VI.1551
3659	» »	E Regio Monte	28.VIII.1551
3673	» »	s.l.	25.IX.1551
3809	» »	E Regio Monte	29.IX.1552
3844	Szczawiński Petro	» »	7.XII.1552
3582	Tarło Gabrieli	s.l.	5.III.1551
3584	» »	Neuhausen	18.IV.1551
3585	» »	s.l.	19.III.1551
3596	» »	E Regio Monte	19.IV.1551
3607	» »	Neuhausen	8.V.1551
3611	» »	s.l.	26.V.1551
3627	» »	s.l.	10.VI.1551
3644	» »	s.l.	21.VII.1551
3647	» »	E Regio Monte	4.VIII.1551
3650	» »	» »	11.VIII.1551
3658	» »	» »	21.VIII.1551
3662	» »	Iohannisburgi	4.IX.1551
3664	» »	s.l.	13.IX.1551
3666	» »	s.l.	13.IX.1551
3671	» »	s.l.	17.IX.1551
3672	» »	E Regio Monte	23.IX.1551
3674	» »	Insterburgi	2.X.1551
3689	» »	s.l.	3.XI.1551
3691	» »	s.l.	5.XI.1551
3694	» »	s.l.	19.XI.1551
3695	» »	s.l.	19.XI.1551
3698	» »	s.l.	29.XI.1551
3709	» »	s.l.	12.XII.1551
3712	» »	s.l.	16.XII.1551
3721	» »	s.l.	1.I.1552
3723	» »	s.l.	12.I.1552
3731	» »	s.l.	8.II.1552
3733	» »	s.l.	8.II.1552
3752	» »	s.l.	18.IV.1552
3757	» »	s.l.	7.V.1552
3766	» »	s.l.	18.VI.1552
3769	» »	E Regio Monte	21.VI.1552
3770	» »	» »	23.VI.1552
3772	» »	s.l.	28.VI.1552
3792	» »	E Regio Monte	14.VIII.1552
3797	» »	s.l.	23.VIII.1552
3802	» »	s.l.	28.VIII.1552
3804	» »	s.l.	29.VIII.1552
3815	» »	s.l.	5.X.1552
3816	» »	s.l.	5.X.1552
3817	» »	E Regio Monte	5.X.1552
3818	» »	» »	5.X.1552
3833	» »	Insterburgi	29.X.1552
3847	» »	s.l.	11.XII.1552
3852	» »	s.l.	14.XII.1552
3955	» »	s.l.	15.XII.1552

Nr.			Dat.
3745	Tarnowski Ioanni	E Regio Monte	2.IV.1552
3793	Tęczyński Stanisław	» »	15.VIII.1552
3807	» »	Tapiau	18.IX.1552
3746	Teloneario in Polangen	E Regio Monte	5.IV.1552
3591	Wierzbicki Vencesław	» »	3.IV.1551
3628	» »	» »	12.VI.1551
3783	Wiraille Caio, de	Gedani	12.VII.1552
3844	Wolski Stanisław	E Regio Monte	7.XII.1552
3602	Wunsam Ioanni	Neuhausen	26.IV.1551
3612	» »	s.l.	26.V.1551
3629	» »	s.l.	12.VI.1551
3637	» »	s.l.	7.VII.1551
3679	» »	s.l.	6.X.1551
3696	» »	s.l.	23.XI.1551
3727	» »	s.l.	15.I.1552
3786	» »	Gedani	27.VII.1552
3812	» »	s.l.	3.X.1552
3736	Zebrzydowski Andreae	E Regio Monte	14.II.1552
ANNA MARIA DUX IN PRUSSIA:			
3822	Ocieski Ioanni	E Regio Monte	6.X.1552
3599	Odrowąż Annae	Neuhausen	24.IV.1551
3821	Sigismundo Augusto regi Pol.	E Regio Monte	6.X.1552
3841	» »	Instenburghi	20.XI.1552
ANNA SOPHIA FILIA DUCIS ALBERTI:			
3822	Ocieski Ioanni	E Regio Monte	6.X.1552
3821	Sigismundo Augusto regi Pol.	» »	6.X.1552
3841	» »	Instenburghi	20.XI.1552
OFFICIALIS ALBERTI DUCIS IN PRUSSIA:			
3563	Krugel Hieronymo	s.l.	14.I.1551

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

Hoc in Indice nulla habetur ratio nominum propriorum in Introductione occurrentium. Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.

Abbreviationes

archiep.	– archiepiscopus	consil.	– consiliarius
can.	– canonicus	ep.	– episcopus
canc.	– cancellarius	opp.	– oppidum
cap.	– capitaneus	pal.	– palatinus
cast.	– castellanus	secr.	– secretarius

A

ADOLFUS, frater Ioannis ducis Holsatiae, 33.
 AGRIENSIS arx, 167.
 ALBERTUS dux in Prussia, *passim*.
 ALEXANDER rex Poloniae († 1506), 94.
 ANGLIA, Anglicus, 64, 86, 90, 151, 153-4, 169, 170, 176.
 ANGLIAE rex v. Eduardus VI.
 ANNA MARIA, princeps Brunsvicensis, 2. uxor ducis Alberti, 9, 30, 44, 48-9, 61-2, 138, 140, 143, 145, 147-8, 150-1, 157, 161-3.
 ANNA SOPHIA, filia ducis Alberti, 143, 148, 150, 151, 161-3, 168.
 AUGUSTANA Confessio, 82.
 AURIFABER (Goldschmidt) Andreas, rector Academiae Regiomontanae, 81.

B

BALGA, opp. in Ducatu Prussiae, 43-4, 136.
 BAMBERGER Ioannes, subditus ducis Alberti, 41-2.
 BAR (Bahr), Barenensis, arx in Podolia, 9, 33, 37, 57-8, 94, 101, 122, 146, 148.

BARENSIS cap. v. Pretwicz Bernardus.
 BARBARA Radziwiłł, regina Poloniae, 5, 8, 19, 38-9, 41-2, 46-7, 49.
 BARNIM IX dux Pomeraniae, 128-9.
 BATTHYANY (Batian) Franciscus, procer Hungarus, 86.
 BAUMGART Erasmus, 163.
 BAVARIA, 3, 5, 8.
 BECK v. Peck.
 BECKMANN (Bekman) Ioachim, 85-6, 93.
 BEHEMISCH v. Bohemia.
 BELZENSIS (Belsensis), 9, 125, 129.
 BELZENSIS pal. v. Sieniawski Nicolaus.
 BENICKE Albertus, aurifaber regius Vilnae, 124.
 BENICKE Andreas, subditus ducis Alberti, 124.
 BERBANDT Sebastianus, cap. Ragnensis, 122.
 BIALA (Biala), parochia in Ducatu Prussiae, 165, 171.
 BIAŁOBŁOCKI Andreas, nobilis, 19.
 BIAŁY (Biali) Michael, subditus ducis Alberti, 72-3.
 BIELEWICZ (Bilowitz) Ioannes, 76.
 BIELEWICZ (Bielowitz) Nicolaus, 76.
 BIEŻUN, pagus, 11.
 BOCK, tabellarius, 168.
 BOHEMIA (Bohemen, Pehem), Bohe-

mus, Bohemicus (Behemisch, Pehemisch), 21, 71-2, 148, 157.
 BOHIBEL v. Pohibel.
 BOJANOWSKI Stanislaus, secr. regius, 10, 33, 41, 45, 49.
 BONA regina Poloniae, 6, 8, 9, 12, 15, 23-5, 30-7, 43, 50, 54-5, 68-9, 71-2, 87-8, 94, 100, 109-10, 125, 127, 172.
 BOSEN v. Posnania.
 BRANDENBURGENSIS, 49, 60, 87, 101, 106, 139.
 BRANDT (Brant) Assuerus, cap. Tapiensis, consil. ducis Alberti, 102.
 BRANIEWO v. Braunsberga.
 BRAUNSBERGA (Braniewo, Braunschpergk, Braunnssberg), opp. in Varmia, 135-6.
 BRETWICZIUS, BRETWITZ v. Pretwicz.
 BRINCK Ioannes, Livoniensis, 40.
 BRUDZEWSKA Elisabeth, nata Sieprska, pal. Lanciencensis, 103-4, 120-1, 173.
 BRUDZEWSKI Nicolaus Jarand, pal. Lanciencensis, 3, 4, 11, 42, 66-7, 103, 105.
 BRUNSVICENSIS, 10, 49, 101.
 BRZESTENSIS, 141-2.
 BUXHÖVDEN Reinholdus, a, ep. Osiensis, 40.
 BYDGOSTIENSIS, 151.

C

CALISSIENSIS (Calisiensis), 100.
 CALISSIENSIS pal. v. Zborowski Martinus.
 CAMENECENSIS, 102.
 CAMENECENSIS ep. v. Słończewski Leonardus.
 CAROLUS V imperator, 29, 30, 46, 51, 54, 78.
 CASSOVIA (Košice), opp. in Hungaria (nunc in Slovacia), 95.
 CAUNA, Caunensis, 50, 51, 74, 76, 79, 85, 96.
 CHELM (Chelm), 28.
 CHIRECK Ioannes, archipresbyter in Nidzica, 171.
 CHODKIEWICZ (Kotkowitz) Hieronymus, cast. Trocensis, cap. Samogitiae, 60, 75-6, 85, 95, 103, 107,

109, 122, 161.
 CHRISTIANA RESPUBLICA, 29.
 CHRISTIANUS III rex Daniae, 33, 69, 70, 163-4.
 CIECHANÓW (Zechanowa), Ciechanoviensis (Zechonoviensis), opp. in Masovia, 15.
 CISEMAN, CISMAN v. Zisemann.
 CLEIPODIA (Memel, Mymel), Cleipodiensis (Memelensis, Mymelensis), opp. in Ducatu Prussiae, 61, 85, 107, 109, 160.
 COADIUTEN, Coadiutenses, villa in confinibus Prussiae et Lithuaniae, 7, 11, 83-4.
 COLMENSIS v. Culmensis.
 CONSTANTINUS v. Silvius Constantinus.
 CRACOVIA (Crackaw, Crakaw, Krakaw), Cracoviensis, 4, 10, 19, 21-2, 28-9, 31, 34-6, 39, 45, 49, 54, 75, 84, 98, 100, 102, 106, 117, 125, 142, 166-7.
 CRACOVIENSIS cast. v. Tarnowski Ioannes.
 CRACOVIENSIS ep. v. Zebrzydowski Andreas.
 CRACOVIENSIS pal. v. Kmita Petrus.
 CRASSUS Paulus, doctor Patavinus, 125.
 CREUTZBURG (Kreutzberg) Barbara, 60.
 CROMERUS Martinus, can. Cracoviensis, secr. regius, 152.
 CROPISCHEN, pagus in Ducatu Prussiae, 148.
 CULMENSIS (Colmensis), 37, 51, 66, 175.
 CYBULKA (Czibulka) Andreas, civis opp. Przasnysz, 127.
 CZEMA (Zcema, Zemen) Achatius, pal. Marienburgensis, 47, 49, 99, 101, 113, 136, 174-5.
 CZEMA Fabianus, cast. Gedanensis, 16, 156.
 CZIBULKA v. Cybulka.

D

DANIA, Dani, Danicus, 33, 69, 163.
 DANIAE rex v. Christianus III.
 DANCZIG, DANTZICK v. Gedanum.

DATTER v. Tartari.
 DAVID Lucas, magister, consil. ducis Alberti, 46-7, 102.
 DENSTEDT Christophorus, consil. ducis Alberti, 98.
 DERLA, DERLE v. Tarlo.
 DERSKOWICZ (Dirskowitz) Andreas, cubicularius regius, 76-7.
 DEUTSCHLANDT, DEUTSCHLANDT, DEUSCHALAND v. Germania.
 DISCORDIA Laurentius, a Przasnysz, minister verbi, parochus in Biała, 127-9, 165, 171.
 DOBRZYKOWSKI (Dobrikofsky) Ioannes, succamerarius Plocensis, 119, 164.
 DOREN, DORN v. Torunia.
 DRAHIM (Draheim), castrum in Pomerania, 101, 127, 134.
 DRAUSEN v. Druzno.
 DREWANCZA v. Drwęca.
 DROHOJOWSKI Ioannes, ep. Vladislaviensis, 102, 160, 171.
 DRUZNO (Drausen), lacus in Prussia, 122.
 DRWECA (Drewancza), fl., 56.
 DUCHNICKI Andreas, 164.
 DZIADUSKI Ioannes, ep. Premisliensis, 102.
 DZIERZGOWSKI Nicolaus, archiep. Gnesnensis, 100, 102.

E

EDUARDUS VI rex Angliae, 64-5, 86, 90, 151, 154-5, 170, 176.
 ELBINGA, Elbingensis, opp. in Prussia Regali, 99, 102, 133, 136, 172.
 ELISABETH marchionissa Brandenburg., 1. voto uxor Erii I ducis Brunsvicensis, 2. voto uxor Popponis comitis Hennebergensis, socrus ducis Alberti, 48-9, 101, 139.
 ELISABETH, filia ducis Alberti, 44, 48-9, 54-5, 143, 148, 161-2.
 ELISABETH Austriaca, regina Poloniae, 1. uxor Sigismundi Augusti († 1545), 27-8, 146-7.
 ERICUS I dux Brunsvicensis, 49.

F

FEIERABENT Augustinus, subditus

ducis Alberti, 43.
 FERDINANDUS I rex Romanorum, 46, 52, 54, 60-1, 71-2, 77-8, 86, 148-9.
 FERBER Brigida, vidua Georgii, 152.
 FERBER Georgius, senator Gedanensis, 152.
 FINCK (Finckius, Fink) Albertus, subditus ducis Alberti, 3, 4, 11, 42, 66-7, 103, 105, 121, 173.
 FRANCOFORDIA (Franckvort), 129.
 FRANTZOSS v. Gallia.
 FRAUENBURGUM (Frauenburgk, Frombork), opp. in Varmia, 62, 98-9, 136.
 FRIDERICUS, filius Christiani III regis Daniae, 33.
 FRIESE Stephanus, subditus ducis Alberti, 51.
 FROMBORK v. Frauenburgum.

G

GALLIA, Gallus (Frantzoss), Gallicus, 24, 29, 35, 104, 105, 124, 157.
 GALLIAE rex v. Henricus II.
 GANS Balthasar, secr. ducis Alberti, 168.
 GARSDEN v. Gorzdy.
 GEDANUM (Danczig, Dantzigk), Gedanensis, 16, 24, 37, 53, 60, 64-5, 83, 86, 108, 115, 117, 119, 123-8, 130, 132-5, 140-1, 144-6, 152-6, 158, 163-4, 170, 172, 176.
 GEDCANTUS (Gedcantt) Thomas, Lithuanus, 92 (v. *etiam* Giedkontowicz).
 GEORGIUS marchio Brandenburgensis (1543), 61.
 GEORGIUS dux Megapolensis, 129.
 GEORGIUS, organice Lublinensis, 113.
 GEORGIUS FRIDERICUS marchio Brandenburgensis, 60-1, 87.
 GERLIN Sebastianus, scriba Iohannisburgensis, 45.
 GERMANIA (Deutschland, Deutschlandt, Deutschtlandt), Germanus, Germanicus (Deutsch, Teutsch), 9, 29, 48, 52, 57, 122-3, 128, 139.
 GIEDKONTOWICZ Thomas, adolescens Lithuanus, 24.
 GIULA, castrum in Hungaria, 60, 86.
 GLICZNER (Glitzner) Nicolaus, parq-

chus Ortelsburgensis, 13.
 GLOSSA Martinus, parochus Iohannisburgensis, 171.
 GNESNENSIS, 102.
 GNESNENSIS archiep. v. Dzierzgowski Nicolaus.
 GOCZAŁKI (Gotschalksdorff), pagus in districtu Riesenburgensi, 100.
 GORŻDY (Garsden), praefectura in Samogitia, 160.
 GOTSCHALCKSDORFF v. Goczałki.
 GÓRKA Andreas (comes a Gorckau), a, cast. Posnaniensis, Maioris Poloniae cap. generalis, 4, 9, 11, 19, 22, 28, 45, 66, 70, 78-9.
 GÓRKA Andreas, a, iunior, 98.
 GÓRKA Anna, a, uxor Petri Kmita, 22.
 GÓRKA Lucas, a, filius Andreae, 98.
 GÓRKA Stanislaus, a, 98.
 GRABSKI Albertus, 164.
 GRAUDEN, locus in Prussia, 145, 148.
 GRAUDENTUM (Grudziądz), Grudentinus, opp. in Prussia Regali, 75, 89.
 GRODNICENSIS, 50.
 GULIELMUS (Wilhelmus) marchio Brandenburgensis, archiep. Rigensis, 106, 157.

H

HAB, fretum («mare»), 102.
 HACK Albertus, secr. ducis Alberti, 5.
 HAMBURGENSIS, 154.
 HARDAR Lucas, subditus ducis Alberti, 113.
 HEIDEN Ioannes, servitor Bernardi Pretwicz, 123.
 HEIDENSTEIN Bernardus, civis Regiomontanus, 103.
 HEILIGENBEIL (Siekierka), opp. in Ducatu Prussiae, 136.
 HEIN Matthias, civis Caunensis, 50, 76.
 HENNEBERGENSIS, 49, 101, 138-9.
 HENRICUS dux Brunsvicensis, 10.
 HENRICUS II rex Galliae, 24, 29, 30, 104-5, 124, 157.
 HERMANN Clemens, subditus ducis Alberti, 99.

HERMENDORFF Gertrudis, vidua, subdita ducis Alberti, 37, 150-1, 163.
 HESS Thomas, servitor Gulielmi, archiep. Rigensis, 106.
 HOHENSTEIN (Olsztyn), Hohensteinensis (Hoenstinensis), opp. in Ducatu Prussiae, 11, 13, 42, 66-7, 103, 105, 121, 158, 173.
 HOLLANDT (Paślęk), opp. in Ducatu Prussiae, 136.
 HOLSATIA, 32, 44, 69.
 HOLSZANSKI Paulus, ep. Vilmensis, 59.
 HOSIUS Stanislaus, ep. Culmensis, postea Varmiensis, 51, 54.
 HUNGARIA (Hungern, Ungaria, Ungern), Hungaricus (Ungrisch), 4, 29, 33, 40, 60, 95, 97, 125, 157, 167.
 HUNIAD, castrum in Hungaria, 60, 86.

I

IACOBUS, subditus ducis Alberti, 49.
 ILAVIA (Ilawa), Ilaviensis, opp. in Ducatu Prussiae, 137, 152-3.
 INSTERBURGUM (Insterburgk), Insterburgensis, opp. in Ducatu Prussiae, 11, 16, 37, 56-7, 74, 88-90, 131, 156-9, 161-2, 175.
 INSULA MARIANA v. Kwidzyn.
 IOANNES marchio Brandenburgensis, 26, 120.
 IOANNES dux Holsatiae, 32-3, 44, 69.
 IOANNES, filius Christiani III regis Daniae, 33.
 IOANNES I Joldea, pal. Moldaviae, 150.
 IOANNES ALBERTUS dux Megapolensis, 94.
 IOANNES SIGISMUNDUS, filius Isabelae reginae Hungariae, 40, 41, 96.
 IOHANNISBURGUM (Johannsburg, Johanssburgk), Iohannisburgensis (Johanspurgensis), arx in Ducatu Prussiae, 43, 45, 67-8, 73, 110, 165, 171.
 IORDAN v. Jordan.
 ISABELLA Jagellonica, regina Hungariae, 38-40, 95, 97, 125.

ITALIA, Italicus (Wellsch), 29, 35, 82, 118, 119.
IZDBIENSKI Benedictus, ep. Posnaniensis, 102.

J

JABŁOŃSKI Ioannes, 51, 120, 151.
JEDAMOWA, vidua, 110.
JEŻOWSKI Georgius, magister curiae reginae Bonae, 42.
JOHANNSBURG, JOHANSSBURGK v. Iohannisburgum.
JONAS (Ionas) Christophorus, doctor, consil. ducis Alberti, 80, 89, 104, 126, 131, 173.
JORBURGENSIS v. Jurborgensis.
JORDAN (Iordan) Spytco, de Zakliczyn, R.P. thesaurarius, 3, 75, 108, 110-11, 137, 152.
JURBORGENSIS (Jurburgensis), 6, 7, 11, 16, 23, 37, 57, 72, 74, 87-8, 100, 105, 131.
JURBORGENSIS cap. v. Patrykowski Andreas.

K

KALKREUTER, nobiles, 94.
KEMP Ioannes, 94.
KETTING Lucas, civis Gedanensis, 37, 69.
KIEŻGAJŁO (Kisgal) Stanislaus, dapifer M.D.L., 128.
KLENAW Ioannes, parochus in Persken, 133.
KMITA Petrus, pal. Cracoviensis, marsc. R.P., 12, 20, 22, 98, 100, 102.
KNOPFF Conradus, civis Vilnensis, 169.
KNOBELSDORFF Fridericus, a, servitor Georgii Friderici marchionis Brand., 86-7.
KOCH (Kock) Ioannes, iuris doctor, 47-9, 119, 139.
KOCH (Koss) Thomas, servitor ducis Alberti, 25, 105.
KOLNO (Collen), opp. in Masovia, 165.
KOŚCIELECKI Ianussius, pal. Brze-

stensis, Maioris Poloniae cap., 141-2.
KÖSELER Adrianus, civis Gedanensis, 86.
KÖSELER Michael, civis Gedanensis, 86.
KOŠICE v. Cassovia.
KOSS Thomas, adolescens, subditus ducis Alberti, 25; v. *etiam* Koch Thomas.
KOSSOBUDZKI Albertus, 164.
KOSTKA Stanislaus, pal. Pomerniae, *postea* Culmensis, terrarum Prussiae et Marienburgensis thesaurarius, 16, 26, 36-7, 122.
KOTKOWITZ v. Chodkiewicz.
KRAKAW v. Cracovia.
KREITZEN Ioannes, canc. ducis Alberti, 4.
KRETKOWSKI Silvester, 151.
KREUTZBERG v. Creutzburg.
KROŹE, cap. in, v. Skaszewski Stanislaus.
KRUGEL Hieronymus, civis Cracoviensis, 4.
KRYSKI Albertus, secr. et orator regius, 78, 86.
KRZYŻANOWSKI (Krizanowski) Ioannes, aulicus regius, 174-5.
KURTZBACH Alexander, subditus ducis Alberti, 70.
KWIDZYN (Insula Mariana, Marienwerder, Quidzinum), arx in Pomesania, 115-19.

L

LANCICIENSIS, 3, 4, 11, 42, 66-7, 103, 105, 120-1, 173.
LANCICIENSIS pal. v. Brudzewski Nicolaus.
LANCKAU Conradus, civis Cnipvienensis, 95-7.
LASOCKI (Lassotzky) Stanislaus, aulicus reginae Bonae, 12, 25, 34-5.
LATINUS, 28, 82-3.
LAUSICZ v. Lusatia.
LEHENDORFF Fabianus, cubicularius ducis Alberti, 109.
LEHENDORFF Melchior, servitor Andreae a Górka, 29.

LEHWALDT (Lewaldt) Ioannes, 120, 122.
 LEONARDUS, servitor capitanei Ila-
 viensis, 153.
 LEOPOLIENSIS, 9, 74, 107, 137, 151.
 LEOPOLIENSIS dapifer v. Sieniawski
 Procopius.
 LEVON (Lebon) Ioannes, aulicus
 ducis Alberti, 60.
 LEWALDT v. Lehwaldt.
 LICHTENSTEIN Thomas, civis Hohen-
 steinensis, 13, 75.
 LIEBSTADT, opp. in Ducatu Prussiae,
 35-6, 47-8.
 LIPNICKI (Lippnitzki) Stanislaus,
 169-70.
 LITHUANIA (Littauen, Littaw, Litta-
 wen, Litten), Lithuanus, Lithua-
 nicus (Littausch, Littawsch), 10,
 22, 25, 27, 36, 47, 56, 84-8, 92, 96,
 128, 138-9, 142-3, 152-5, 158-62,
 166-7.
 LIVONIA, Livoniensis, 40, 154.
 LOHMÜLLER (Lohmoller) Ioannes,
 consil. et orator ducis Alberti, 64-
 5, 152, 156, 174.
 LONDINUM (Lundinum), 64, 86.
 LUBECA, Lubecensis, 154.
 LUBLINUM, Lublinensis, 24, 50, 113,
 129.
 LUNDINUM v. Londinum.
 LUNEBURGENSIS, 101.
 LUSATIA (Lausicz), 21.
 LUTOMIRSKI Ioannes, cast. Brzezi-
 nensis, 77.

Ł

ŁASKI (Laski, a Lasko) Ioannes, refor-
 mator, 64, 90.

M

MACIEJOWSKI Nicolaus, 127, 152,
 158.
 MACIEJOWSKI Samuel, ep. Craco-
 viensis († 1550), 20, 22.
 MAGDEBURGUM (Magdeburg, Magd-
 purgk), Magdeburgensis, 10, 33-4,
 66, 77, 129.

MAIOR POLONIA v. Polonia Maior.
 MARAUNENSES, 62.
 MARIENBURGUM (Margenpurgk, Ma-
 rienburgk, Marienbergk), Marien-
 burgensis, arx in Prussia Regali,
 17, 18, 36-7, 49, 53, 55-6, 65, 89,
 99, 108, 110, 112-14, 117-18, 124,
 126, 131, 133-6, 172.
 MARIENBURGENSIS pal. v. Czema
 Achatius.
 MARIENWERDER v. Kwidzyn.
 MASOVIA (Mazovia), Masovita,
 Mazovicus, 30, 58, 72-3, 75, 126,
 130, 140, 165.
 MAURITIUS (Moritz) elector Saxo-
 niae, 10, 119, 129.
 MEGAPOLIS (Meckelburgk), Megapo-
 lensis, 94, 129.
 MEMEL, MEMELENIS v. Cleipodia.
 MERECENSIS districtus, 111.
 METZNER Michael, subditus regius,
 155.
 MEYDEL Michael, civis Cracoviensis, 4.
 MIEDNICENSIS ep. v. Wierzbicki Ven-
 ceslaus.
 MIELNO, bona in districtu Ostero-
 densi, 105.
 MIMELENSIS v. Cleipodia.
 MITZKEIT Simon, Samogita, 114.
 MOLDAVIA, 118-19, 150.
 MÖNCER, MONTZER v. Muntzer.
 MONTIUS Ludovicus, Mutinensis, 35,
 106.
 MONTMORENCY Annas, Galliae come-
 stabilis, 24, 104, 124.
 MORLINUS (Mörlin) Ioachim, doc-
 tor theologiae, 81.
 MOSKIEWSKI Nicolaus, vicecap.
 Szawlensis, 93.
 MUNDEN, 48.
 MUNTZER (Möncer, Montzer, Munce-
 rus, A.M.) Andreas, secr. ducis
 Alberti, 8, 10, 12, 15, 23, 35, 37,
 41-3, 46, 57, 61, 63, 65-6, 70, 72-3,
 78, 88, 90, 92, 94, 102, 111, 113,
 130-1, 136, 140, 155-6, 159-60,
 162, 174-6.
 MUSS (Mus) Gulielmus, civis Regio-
 montanus, 114.
 MUTINENSIS v. Montius Ludovicus.
 MYMEL v. Cleipodia.

N

NAPRETZKI Andreas, tenutarius
Grodnicensis, 50.
NATZMER Ioachim, tenutarius
castri Drahim, 101.
NEAPOLIS, 157.
NEGELIN (Negelein) Christophorus,
coctor cerevisiae, 63, 68.
NEIDENBURGUM (Nidzica), Neiden-
burgensis, arx in Ducatu Prus-
siae, 107, 140-1, 171.
NEUBURG v. Werden.
NEUHAUSEN (Neuenhauss, New-
hauss, Nova Domus), arx in Sam-
bia, 16, 25-6, 28, 30-3, 35, 37.
NIDZICA v. Neidenburgum.
NIMPTSCH (Nimpsch) Ioannes, cubi-
cularius ducis Alberti, 85.
NOSKOWSKI Andreas, ep. Plocensis,
102, 126, 131, 140.
NOVA DOMUS v. Neuhausen.

O

OBORNICKI (Obernitzky) Gregorius,
subditus regis Poloniae, 104.
OCIESKI (Oczieski, Oziesski) Ioannes,
R.P. vicecanc., postea canc., 3, 64,
70, 77-8, 84, 89, 96, 100-2, 108,
113-14, 125-6, 130, 133, 138, 140,
142-3, 150-2, 161, 164, 166.
OCIESKI Ioannes, iunior, 166-7.
ODROWĄŻ Anna, e ducibus Masoviae,
30, 33, 58, 75.
OELSNITZ Fridericus, ab, marscalcus
ducis Alberti, 136.
OLELKOWICZ Georgius Georgides,
dux Slucensis, 78, 93.
OLEŚNICKI (Olessnitzki, Oleszintzky,
Oleszinzky) Nicolaus, heres in
Pińczów, 28-31, 39.
OLIVA, Olivensis, monasterium
prope Gedanum, 155, 163.
OLSZTYNEK v. Hohenstein.
OLYKA (Olika) v. Radziwiłł Nicolaus
«Niger».
ORDO THEUTONICORUM v. Theutoni-
corum ordo.
ORDZIŃSKI Nicolaus, nob., 63.
ORTELSBURGUM (Ortelspurk, Szczy-

tno), Ortelsburgensis, opp. in
Ducatu Prussiae, 13.
OSIANDER Andreas, theologus, 79-82.
OSILIENSIS ep. v. Buxhövdén Rein-
holdus.
OSMOLSKI (Oschmulski) Iacobus,
telonearius Lublinensis, 24, 50.
OSTERODENSIS districtus, 158.
OSTRORÓG Lwowska Anna, uxor
Procopii Sieniawski, 74.
OŚCIK Gregorius, cognominatus
Wirszylło, cast. Vilnensis, 113.
OTTENDORFF Christophorus, subdi-
tus ducis Alberti, 50.
OTTO HENRICUS, dux Bavariae, 3, 5,
8.
OZIESSKI v. Ocieski.

P

PALUS Ioannes, civis Culmensis, 175.
PARMA, 29.
PASŁĘK v. Hollandt.
PASŁĘKA (Passarge, Passarie), fl.,
136.
PASSARIE v. Pasłęka.
PASSENHEIM (Pasym), Passenhei-
mensens, opp. in Ducatu Prussiae,
14.
PATAVINUS v. Crassus.
PATRYKOWSKI Andreas, praef. Jur-
borgensis, 6, 7, 11, 16, 23, 37, 57,
72, 74, 87, 100, 105, 131.
PATZKO Ioannes, civis Cracoviensis,
142.
PECK (Beck) Theobaldus, arcularius
ducis Alberti, 59.
PEHEM, PEHEMISCH v. Bohemia.
PERSKAU Mauritius, a, nob., 95.
PERSKEN, parochia, 133.
PETRICOVIA (Peterkau), Petricovien-
sis, 65, 95, 98.
PINCZOVIA (Pińczów, Pintzaw, Pin-
tzow), Pinczoviana arx, bona Ni-
colai Oleśnicki, 28-9, 31, 39.
PLACENTIA, 29.
PLAMAN Petrus, civis Regiomonta-
nus, 108.
PLOCENSIS, 43-4, 65, 72, 102, 119,
126, 131, 140, 164.
PLOCENSIS ep. v. Noskowski
Andreas.

PLOCENSIS pal. v. Srzeński Felix.

PODOLIA, 57.

POHIBEL (Bohibel) Bernardus, secr. Gabrielis Tarlo, 17, 19, 47, 68, 93, 114, 121, 148, 158, 169-70.

POLANGEN (Połaga), opp. et bona in Samogitia, 85, 106.

POLICKI Ioannes, servitor ducis Alberti, 14.

POLONIA, POLONI, *passim*.

POLONIA MAIOR, 4, 9, 11, 19, 22, 28, 45, 66, 70, 79, 141-2.

POLONIAE MAIORIS cap. v. Górka Andreas et Kościelecki Ianussius.

POMERANIA (Pommern, Pomern), 16, 26, 128-9.

POPO comes Hennebergensis, 49.

POSNANIA (Bosen, Posen), Posnaniensis, 4, 9, 11, 19, 22, 28, 45, 66, 70, 78-9, 102, 141, 147.

POSNANIENSIS cast. v. Górka Andreas.

POSNANIENSIS ep. v. Izdbieński Benedictus.

PRABUTY, PRABUTENSIS v. Riesenburgum.

PRASZNISCH v. Przasnysz.

PREMISLIENSIS, 102.

PRETWICZ (Bretwiczius, Bretwitz, Pretwitz) Bernardus, cap. Barensis, *postea* Trembovlensis, 8, 9, 16, 21, 30, 33, 37, 57-9, 75, 94, 101, 122, 143-6, 148.

PREUSS Erasmus, subditus ducis Alberti, 15, 84.

PREUSSISCH MARK (Preuschmarck), castrum in Ducatu Prussiae, 56, 169-70.

PRUSSIA, PRUTHENUS, *passim*.

PRZASNYSZ (Prasznisch), opp. in Masovia, 127-8.

PRZEREMBSKI Ioannes, R.P. vice-canc., 152, 175.

Q

QUIDZINUM, QUIDZIN v. Kwidzyn.

QUINGENBERGK Balthasar, a, consil. ducis Alberti, 171.

R

RADZIWIŁŁ Ioannes, incisor M.D.L., 47.

RADZIWIŁŁ (Radiwil) Nicolaus «Niger», dux in Ołyka et Nieśwież, pal. Vilnensis, M.D.L. canc., 19, 21-2, 25, 63, 74, 77, 105, 120, 127, 152.

RADZWILL Nicolaus «Rufus», pal. Trocensis, 47, 77.

RAGNETA (Ragnet, Ragnit, Ragnitt), Ragnetensis, arx in Ducatu Prussiae, 16, 37, 47-8, 57, 85-6, 93, 122, 148, 157, 161.

RAMEL (Rammel) Marcus, 101, 127, 134.

RAUSCH Hieronymus, civis Regiomontanus, adolescens litterarum studiosus, 161.

RAVENSIS, 115, 156.

RAVENSIS pal. v. Sieprski Andreas.

RICHWALSKI v. Rychwalski.

RIESENBURGUM (Risenpergk, Prabuty), Riesenburgensis (Prabutensis), opp. in Pomesania, 19, 20, 100, 127.

RIGA, Rigensis, 106, 157.

RIGENSIS archiep. v. Gulielmus marchio Brandenburgensis.

RISENPERGK v. Riesenburgum.

RITTER Georgius, civis Toruniensis, 13, 55-6, 69, 70, 75, 88-90, 95-6, 112, 123, 133, 142, 160, 171-3.

RODUNINI Ioannes, 50.

ROGALLEN, pagus in districtu Iohannisburgensi, 110.

ROGGENHAUSEN (Roghausen, Rogożno), opp. in Prussia Regali, 100.

ROLLIUS Ludolfus, civis Gedanensis, 64-5.

ROMA, Romani, 29, 46, 52, 60-3, 71, 77-8, 86.

ROMANORUM rex v. Ferdinandus I.

ROMANUM IMPERIUM, 52, 106.

RONAW v. Skrzynecki.

ROYZIUS Petrus Maureus, iuris peritus, 97.

RUHL (Ruhel) Andreas, pictor Cracoviensis, 4.

RUSSAU Albertus, subditus ducis Alberti, 24, 50, 172.

RYCHWALSKI (Richwalski) Albertus, 141.

S

- SALSUM Mare, 158-9.
 SAMOGITIA (Samogithia), Samogita, 60, 75-6, 85, 92, 95, 103, 107, 109, 114, 122, 160-1.
 SAMOGITIAE cap. v. Chodkiewicz Hieronymus.
 SAMOGITIAE ep. v. Wierzbicki Venceslaus.
 SANDOMIRIENSIS, 16, 27, 35, 38, 47, 58, 60-1, 65, 67-9, 71, 74, 79, 83, 85, 92-3, 97-8, 101, 108, 111, 115, 117-18, 120, 128, 132, 134-5, 143-5, 147, 157, 168, 171-2.
 SANDOMIRIENSIS vexillifer v. Tarlo Gabriel.
 SAXONIA, 10, 119, 129.
 SCHARAFKA, SCHARAFKY v. Szarawka.
 SCHEFFKIN Georgius, consul Gedanensis, 65.
 SCHELLENBERG Ambrosius, subditus ducis Alberti, 85.
 SCHERTWITZ Ioannes, cap. Ortelsburgensis, 13.
 SCHERWINTE v. Szyrwinta.
 SCHESUPPE v. Szeszupa.
 SCHILLING Christophorus, mercator Cracoviensis, 39.
 SCHLESING v. Silesia.
 SCHLIEFF Lambertus, abbas Olivenensis, 155, 163-4.
 SCHMALTZ Balthasar, subditus ducis Alberti, 142-4.
 SCHMIDT Michael, civis Regiomontanus, 55, 69, 70, 75, 88-90, 96, 112.
 SCHULTETI v. Sculteti.
 SCHULTZ Gregorius, secr. ducis Alberti, 40, 59, 84-5.
 SCHUTZBAR Wolfgangus, magister Ordinis Theutonicorum, 46, 77-8.
 SCHWAB, 85.
 SCHWEICKSNO v. Szweksznie.
 SCHWENTEN v. Święte.
 SCULTETI (Schulteti) Alexander, can. Varmiensis, 62, 98-9, 143-6, 168.
 SECLUCIANUS Ioannes, concionator Polonus in Regio Monte, 147, 175-6.
 SENAE (Siena), 157.
 SIENIAWSKI Nicolaus, pal. Belzensis, 9, 125.
 SIENIAWSKI Procopius, dapifer Leopoliensis, 9, 74, 107, 125, 137, 151.
 SIEPRSKA v. Brudzewska Elisabeth.
 SIEPRSKI Andreas, pal. Ravensis, 115, 156.
 SIGISMUNDUS I rex Poloniae († 1548), 59, 94, 98-9, 144-5, 155.
 SIGISMUNDUS AUGUSTUS rex Poloniae, *passim*.
 SILESIA (Schlesing), 21.
 SILVIUS (Sylvius) Constantinus (C.S.), secr. ducis Alberti, 5, 14, 26, 31, 33, 35, 44, 59, 63, 96-8, 104, 107, 110, 112, 115, 117-18, 121, 123, 126, 128, 134-5, 137, 141, 143, 145, 150, 153, 157, 164, 166, 170.
 SIMNO (Simnau, Simnaw), Simnensis, bona regia, 55-7, 72, 74.
 SKASZEWSKI Stanislaus, cap. in Kroże, 93.
 SKRZYNECKI (Sthrineczki) Gulielmus, a Ronaw, exsul Bohemus, 71-2, 148, 157.
 SLUCENSIS, 78, 93.
 SLUCENSIS dux v. Olelkowicz Georgius.
 ŚLONCZEWSKI Leonardus, ep. Camenecensis, 102.
 SOPHIA reginula, soror Sigismundi Augusti regis Poloniae, 32.
 SPERKA Stanislaus, puer, 120.
 SRZENSKI Felix, pal. Plocensis, 43, 65, 72, 131, 140.
 SZRENSK (Srzeńsk, Srzentzka), opp. in Masovia, 44.
 STANCARUS Franciscus, Mantuanus, 11, 28-9, 31, 39-41, 54, 81-2.
 STENDRICH (Stendtrich) Henricus, scribe Cancellariae ducis Alberti, 39, 48, 116, 132.
 STEPHANUS VI Rareš, pal. Moldaviae, 118-19, 150.
 STHRINECZKI v. Skrzynecki.
 STROMER Ioannes, arcularius, 59.
 STULMACHER, homicida, 31.
 STULMACHER Gertrudis, vidua, 31.
 SUCHTEN Georgius, a, 62.
 SULTZBACH Christophorus, a, 132.
 SYLVIVS v. Silvius.
 SZARAWKA (Scharafka, Scharafky), pagus in Podolia, 122, 148.

SZAWLENSIS praefectura, 93.
 SZCZAWIŃSKI Petrus, 164.
 SZCZYTNO v. Ortelsburgum.
 SZESZUPA (Schesuppe), fl., 6.
 SZWEKSZNE (Schweicksno), opp. in
 Samogitia, 160.
 SZYRWINTA (Scherwinte), fl., 6.

Ś

ŚWIĘTE (Schwenten), pagus, 100.

T

TANTZIN, TANZIN v. Tęczyński.
 TAPIAU (Tapia), Tapiensis, arx in Du-
 catu Prussiae, 102, 137-8, 163-4.
 TARŁO (Derla, Derle, Therlau, Ther-
 law, Terla etc.) Gabriel, vexillifer
 Sandomiriensis, cap. Chelmensis,
 16, 17, 19, 25-8, 35-6, 38, 47, 58,
 60-2, 65, 67-9, 71-2, 74, 79, 83-5,
 92-3, 97-8, 101, 108, 111, 114-15,
 117-18, 120-1, 128, 132, 134-5,
 143-5, 147, 157, 168, 171-2.
 TARNOWSKA Sophia, filia Ioannis,
 167.
 TARNOWSKI (comes a Tarnau) Ioan-
 nes, cast. Cracoviensis, exerci-
 tuum R.P. cap., 20, 22, 100, 102,
 106, 167.
 TARNOWSKI Ioannes Christophorus,
 f. Ioannis, 167.
 TARTARI (Datter, Tattern), Tartari-
 cus, 122, 145, 152-3.
 TERLA v. Tarło.
 TESMER Georgius, iuvenis, subditus
 ducis Alberti, 16, 26.
 TEUDSCH v. Germania.
 TĘCZYŃSKI (comes a Tantzin, Tan-
 zin) Ioannes, 102.
 TĘCZYŃSKI Stanislaus, cap. Lubli-
 nensis et Belzensis, 129, 138.
 THALAU Georgius, subditus ducis
 Alberti, 115, 156.
 THEGE Franciscus, doctor, consil.
 ducis Alberti, 3, 5, 8, 17, 19.
 THERLAU, THERLAW v. Tarło.

THEUTONICORUM Ordo, 46, 77, 155.
 THORN, THORUNENSIS v. Torunia.
 THUR, praefectus regius in Simno,
 55-7, 72, 74.
 THURUNENSIS v. Torunia.
 THYMAU v. Tymawa.
 TILSA (Tilsit, Tilsith, Tilsitt), arx in
 Ducatu Prussiae, 84, 86, 88, 91-2,
 160.
 TIRMAN Iacobus, laminarius ducis
 Alberti, 113.
 TORUNIA (Toronia, Toronium,
 Doren, Dorn, Thorn, Torn), Toru-
 niensis (Thorunensis, Thurunen-
 sis), 13, 55-6, 69, 70, 75, 96, 110,
 112-13, 115-19, 122-3, 133, 160,
 171-2.
 TREMBOVLENSIS, 148.
 TRIDENTUM, 106.
 TROCENSIS, 60, 75, 77, 103, 107, 109,
 122.
 TROCENSIS cast. v. Chodkiewicz Hie-
 ronymus.
 TROCENSIS pal. v. Radziwiłł Nico-
 laus «Rufus».
 TRUCHSESS Conradus, servitor ducis
 Alberti, 121.
 TUBITZ (Tupitz) Gregorius, servitor
 ducis Alberti, 59, 60, 83, 113-14.
 TURCAE (Turci), Turcicus, 29, 33, 35,
 94, 119, 148-9, 157, 167.
 TURONIENSIS v. Torunia.
 TYMAWA (Thymau), pagus in
 districtu Riesenburgensi, 100.

U

ULICH Fridericus, coctor cerevisiae,
 63, 68.
 UNGARIA, UNGERN v. Hungaria.
 USDOWIA (Uzdowo), parochia in
 districtu Neidenburgensi, 14.

V

VALACHI (Wallachen), 74, 119, 150.
 VARMIIENSIS, 54, 62, 98-9, 143, 145.
 VARSAVIA (Warsaw, Warschovia), 25,
 43.
 VETUS OPPIDUM Regiomontanum,
 80.

VIKOFSKI v. Wykowski.
 VILNA (Wilna, Wilde), Vilnensis, 19, 21-2, 27, 47-8, 59, 63, 74-7, 88, 94, 105, 113, 120, 124, 127, 154, 156, 158, 163, 169.
 VILNENSIS cast. v. Ościk Gregorius.
 VILNENSIS pal. v. Radziwiłł Nicolaus «Niger».
 VISNA (Wizna), Visnensis terra, 72-3, 175.
 VITOLDUS (Wittoldus), magnus dux Lithuaniae, 92.
 VLADISLAVIENSIS (Wladislaviensis), 102, 160, 171.
 VLADISLAVIENSIS ep. v. Drohojowski Ioannes.
 VOIGT Bartholomaeus, civis Regiomontanus, 76.
 VRATISLAVIENSIS, 141.

W

WAGENSCHOSS v. Wąsosz.
 WALLACHEN v. Valachi.
 WAPLITZ, villa in districtu Osterodensi, 158.
 WARSAW, WARSCHOVIA v. Varsavia.
 WĄSOSZ (Wagenschoss), opp. in Masovia, 165.
 WERDEN Ioannes, a, heres in Neuburg, burggravius et consul Gedanensis, 24, 86, 167, 169, 176.
 WERDEN Ioannes, a, iunior, 24, 104, 169.
 WELLSCH v. Italia.
 WIERZBICKI Venceslaus, ep. Miednicensis, 24, 29.
 WILDE v. Vilna.
 WILHELMUS v. Gulielmus.
 WILLENBERG, Willenbergensis, praefectura, 174-5.

WILNA v. Vilna.
 WIRAILLE (Wirahl) Caius, de, orator regis Galliae, 124.
 WIRSZYŁO v. Ościk Gregorius.
 WIZNA v. Visna.
 WITTOLDUS v. Vitoldus.
 WLADISLAVIENSIS v. Vladislaviensis.
 WOJŚLAWSKI (Woysslavssky) Georgius, nob. Masovita, 72-3.
 WOLDER Simon, Danus, 163.
 WOLSKI Martinus, aulicus reginae Bonae, 125.
 WOLSKI Stanislaus, 164.
 WUNSAM Ioannes, civis Cracoviensis, 28-9, 31, 39, 45, 49, 54, 75, 84, 100, 125, 142.
 WYKOWSKI (Vikofski) Erasmus, 42-3.

Z

ZAKLICZYN v. Jordan Spytco.
 ZBOROWSKI (Zborawsski) Martinus, pal. Calissiensis, 100, 102.
 ZCEMA v. Czema Achatius.
 ZEBRZYDOWSKI Andreas, ep. Cracoviensis, 100, 102.
 ZECHANOVA, Zechonoviensis v. Ciechanów.
 ZEMEN v. Czema Achatius.
 ZINTHEN, opp. in Ducatu Prussiae, 136.
 ZISEMANN (Ciseman, Cisman) Ioannes, civis Regiomontanus, 79, 85-6, 93.

Ż

ŻELISŁAWSKI Franciscus, internuntius regis Poloniae, 109.

FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694
NEL MESE DI GIUGNO 1986

- XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab., 1968.
- XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKORONSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696), 4 tab., pp. VI+324, 1969.
- XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696), 2 tab., pp. VIII+262, 1970.
- XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588), pp. VIII+210, 2 tab., 1970.
- XXIII — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772), B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588), Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab., 1970.
- XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, III pars. Ed. C. LANCKORONSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564), pp. VIII+301, 4 tab., 1971.
- XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, IV pars. Ed. C. LANCKORONSKA et G. STEEN JENSEN, 78 doc. (A.D. 1563-1572), 6 tab., pp. VIII+248, 1971.
- XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589), 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, V pars. Ed. C. LANCKORONSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, I pars. Ed. C. LANCKORONSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., pp. XV+259, 1973.
- XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, II pars. Ed. C. LANCKORONSKA, 447 doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., pp. IX+241, 1974.
- XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, III pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., pp. VIII+268, 1974.
- XXXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, VI pars. Ed. C. LANCKORONSKA et G. STEEN JENSEN, 140 doc. (A.D. 1632-1699), 5 tab., pp. X+20, 1974.
- XXXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IV pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 1-212 (A.D. 1525-1530), 6 tab., pp. XVI+230, 1975.
- XXXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, V pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 213-551 (A.D. 1531-1537), 3 tab., pp. X+228, 1975.
- XXXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VI pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 552-761 (A.D. 1538-1542), 3 tab., pp. VIII+227, 1975.
- XXXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 762-1501 (A.D. 1543-47), tab., pp. VIII+256, 1976.
- XXXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VIII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 1052-1215 (A.D. 1548-49), 6 tab., pp. XII+206, 1976.
- XXXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IX pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 1216-1424 (A.D. 1550-53), 4 tab., pp. VIII+226, 1976.
- XL — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, X pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 1425-1724 (A.D. 1554-1559), 3 tab., pp. X+226, 1976.
- XLI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XI pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 1725-2009 (A.D. 1560-1566), 4 tab., pp. VIII+226, 1977.
- XLII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 2010-2220 (A.D. 1567-1572), 4 tab., 1977, pp. X+196, 1977.
- XLIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 1-269 (A.D. 1534-1565), 4 tab., pp. VIII+228, 1978.
- XLIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 1-156 (A.D. 1546-1567), 3 tab. pp. VIII+190, 1978.
- XLV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XV pars., Ed. C. LANCKORONSKA, doc. NN. 1-197 (A.D. 1525-1572), 6 tab., pp. X+192, 1977.
- XLVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1-72 (A.D. 1525-1535), 4 tab., pp. X+188, 1979.

- XLVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVII pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 173-302 (A.D. 1536-1538), 4 tab., pp. VIII+213, 1979.
- XLVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVIII pars. Ed. c. LANCKORŃSKA, doc. 303-419 (A.D. 1539-1541), pp. VIII+246, 1979.
- XLIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIX pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 420-526 (A.D. 1542-1548), 5 tab., pp. VIII+214, 1980.
- L — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XX pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 527-602 (A.D. 1549-1568), pp. VIII+212, 4 tab., 1980.
- LI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXI pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 1-258 (A.D. 1525-1528), pp. X+196, 4 tab., 1980.
- LII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXII pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 259-676 (A.D. 1529-1531), pp. X+284, 1981.
- LIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIII pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 677-1081 (A.D. 1532-1534), 2 tab., pp. X+272, 1981.
- LIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIV pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 1082-1379 (A.D. 1535-1536), pp. X+241, 1982.
- LV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXV pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 1380-1587, (A.D. 1537-38), pp. VIII+190, 1982.
- LVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVI pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 1588-1886 (A.D. 1539-40), pp. X+282, 1982.
- LVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVII pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 1869-2183 (A.D. 1541-1542), pp. VIII+248, 1983.
- LVIII — *Documenta ex Archivo Ioannis Morone ad Poloniam spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, I pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 1-128 (A.D. 1561-1580), pp. IX+251, 1984.
- LIX — *Documenta ex Archivo Cardinalis Ioannis Morone ad Poloniam spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, II pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 1588-1868 (A.D. 1560-1544), pp. IX+195, 1984.
- LX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVIII pars. Ed. C. LANCKORŃSKA, doc. 2184-2480 (A.D. 1543-1544), pp. IX+195, 1984.
- LXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIX pars. Ed. C. LANCKORŃSKA et L. OLECH, doc. 2481-2828 (A.D. 1545-1546), pp. VIII+149, 1985.
- LXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXX pars. Ed. C. LANCKORŃSKA et L. OLECH, doc. 2829-3281 (A.D. 1547-1548), pp. VIII+277, 1985.
- LXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXI pars. Ed. C. LANCKORŃSKA et L. OLECH, doc. 3282-3558 (A.D. 1549-1550), pp. VIII+187, 1986.
- LXIV — *Brevia Romanorum Pontificum ad Poloniam spectantia*, vol. I (Brevia saeculi XV). Ed. H.D. WOJTYSKA CP, pp. XV+127, 1986.
- LXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXII pars. Ed. C. LANCKORŃSKA et L. OLECH, doc. 3559-3862 (A.D. 1551-1552), pp. VIII+195, 1986.
- LXVI — *In praeparatione*.

DEPOSITARI:

« International Book Distributors »
LIBRERIA
117-120, Piazza Montecitorio
00186 ROMA

Orbis (London Ltd.)
66, Kenway Road
London S.W 5

Institutum Historicum
Polonicum Romae
19, Via Virginio Orsini
00192 ROMA